

TEXTUS



Domus paroecialis iuxta ecclesiam Divi Alexandri Varsaviae ad viam Książęca 21 sita,
sedes primum Visitationis, deinde Nuntiaturae Apostolicae in Polonia, ubi Achilles Ratti a. 1918-1921 habitavit

Achilles Ratti

sac. Ioanni Hanusowicz, vicario capitulari, et Capitulo Vilnensi

Varsaviae, 12 XI 1918.

Testatur se litteras eorum accepisse et scribit sibi firmiter persuasum esse vicarium capitularem et reliqua membra Capituli Vilnensis omnimode conaturos esse, ut voluntati summi pontificis obtemperantes recens nominatum episcopum Vilmensem (Georgium Matulewicz) digne et obsequenter excipiant, bonum eo ipso exemplum clero et fidelibus daturi. Eis, de futura sorte dioecesis Vilmensis sollicitis, animum addit et dolet, quod hactenus visitationem Vilmensem perficere non potuerit, et addit id se certo facturum esse, quam primum rerum ac temporum adiuncta id sibi permiserint. Significat etiam acceptas eorum litteras ad summum pontificem se non esse missurum, sed amicaliter suadet, ut capitulares novas litteras ad papam scribant, quibus suo, cleri et fidelium totius dioecesis nomine ei verba observantiae et filialis devotionis deferant et pro nominato episcopo ordinario gratias agant.

Cop.ms.: Vilnius, LMAB F 43 VK F- 500, f. 302-305.

Min. autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. (N.prot. 268).

- **Ed. Polonice:** *Stolica Apostolska a biskup Jerzy Matulewicz*, nr 46, p. 92-95.

Reverendissimi Domini,

Litteras vestras datas Vilmense die 28 Octobris a. c. accepi¹ per manus D. Strumiłło², per quas et praesentes grato animo mitto. Sunt equidem eaque praeclara in litteris vestris, quae vestram (Tuam, inquam, Rev.me Vicari Capitularis et Rev.morum Capitularium Vilmensis Ecclesiae) gratitudinem eamque inconditionatam erga Sanctissimum Patrem et Dominum nostrum Benedictum Papam XV pro designatione et nominatione Ordinarii vestri indubie testantur; de qua gratitudine vestra et laudo, et gratulor, et Deo gratias ago. Demonstrat enim luculenter vos benevolentiam et beneficium Summi Pontificis digne aestimare simulque vos sentire cetero Clero et Po-

¹ Cfr. ANP LVII/2, N. 220.

² Marianus Sigismundus Strumiłło (natus a. 1866), advocatus. A. 1915-1917 occupatus in Consilio Civico Vilmensi, deinde in Consilio, Petropoli instituto, Auxiliis Belli Victimis Ferendis praeposito. A. 1920-1934 fungebatur munere decani Consilii Advocatialis Vilmensis simulque erat membrum Principalis Consilii Advocatialis Varsaviensis. A. 1935 electus est senator Reipublicae. Sortes eius posteriores ignorantur.

pulo vestro debitores vos esse (utpote in monte et candelabro positos), ut cunctos exemplo praeceatis cum in omnibus tum in primis in reverentia et filiali et hilari obedientia et amore erga Vicarium Christi, maxime quando agitur de electione Episcopi, quae est inter praecipua munera Summi Pastoris, cui ab ipso Christo Domino in persona Petri dictum est: "Pasce agnos... Pasce oves... Confirma fratres tuos...".

Quae quo magis cunctis credentibus et nota et sancta sunt, eo maiori vos iure doletis (ut ipsi moerentes scribitis) non omnes de Clero et Populo Vilnensi exempla vestra fuisse secutos, sed contra maiori ex parte perturbatione et depressione animi anguntur, incerti et dubii de sorte dioeceseos, quin immo perturbatione et angore, immo etiam quodam dolore adversus Sedem Apostolicam affici...³ Quae quidem in catholicis quibusquaque et multo magis in clericis admirationem cum poena moverunt, at in clericis et fidelibus Polonicis vix credibilia videntur, si quis Polonicam et praeteriti et praesentis etiam temporis historiam aliquantisper cognoscat, cuius gloriosissima summa est: "Polonia semper fidelis"; fidelis, inquam, in omnibus, sed peculiari quadam et characteristicam ratione in obedientia, in filiali amore et vera fidei devotione erga Sanctam Sedem et Romanum Pontificem. Quorum quidem sensuum et cuius fidelitatis testis ipse sum, vidi enim oculis ipse meis et magna quidem animi commotione atque aedificatione in omnibus, quas peragravi, Poloniae partibus: Częstochoviae et Kielcae, Sandomiriae et Chelmii, Lublini et Varsoviae, Plociae et Vladislaviae⁴; nec dubitavi eadem me etiam apud vos visurum, quando (ut desiderio desideravi et iam in proximo eram) venissem ad portas vestras et ad Ecclesiam Vilnensem tot et tantis titulis illustrem. Sed et nunc non obstantibus iis, quae scribitis, non dubito me visurum quandoquaque venero; veniam autem, si Deo placebit statim ac a statione Varsaviensi per tempora discedere licebit. Puto enim illam perturbationem et depressionem, illum dolorem etiam et angorem, de quibus scribitis, res esse, saltem in origine, paucorum tantum, qui bonae ipsi fidei, sed falsis speciebus ab animarum inimico decepti alios fortasse deceperunt. Sed probabiliter, ut credere libet, iam et lux veritatis et debitae in Summum Patrem subiectionis et fiduciae sensus in quam plurimos redierunt, maxime vobis et verbo et exemplo praeceuntibus et suadentibus. Facilius autem suadebitis, si haec divulgetis et ad omnium notitiam deferatis, quae verissima sunt et de quorum veritate ipse coram Deo et hominibus testis sum, videlicet Sanctum Patrem designationem et nominationem Ordinarium vestrum⁵ non tantummodo diu, uti semper adsolet, sed diutissime coram Domino iam ante adventum meum pensasse, neque eam decrevisse nisi post habitam multorum ex omni parte (vestra etiam) Polonorum testificationem⁶

³ Cfr. ANP LVII/2, N. 220.

⁴ De visitationibus in singulis dioecesibus Regni Poloniae vide ANP LVII/1, *Itinerarium Achillis Ratti, 1918-1921*, p. XXVI.

⁵ Epus Georgius Matulewicz.

⁶ Vide ex. gr. ANP LVII/1, A. 27.

et securitatem fore, ut designatus Ordinarius vobis omnibus esset acceptus; et denique designationem ipsam iis in adiunctis tandem aliquando fecisse, quae voluntatem Dei specialissimo quodam modo portendant et demonstrent, cum tandem etiam in communissimis adiunctis, in iis, quae tangunt regimen Ecclesiae, cuiusmodi est vel praecipue constitutio Episcoporum, semper voluntas Dei habenda sit. Illa autem testificatio et securitas ex parte Polonorum mihi post adventum meum iam sex mensibus in medio Polonorum viventi tam luculenter confirmatae sunt, ut vix crederem oculis meis litteras vestras legens.

Haec igitur vos pro vestra fide et pietate in Romanum Pontificem praedicaturos non dubito, instando opportune importune, arguendo, obsecrando, increpando in omni patientia, ut Apostolus docet (II Tim. 4,2). Hoc enim facientes et vos ipsos, ut idem Apostolus pollicetur, salvos facietis, et eos qui vos audiunt. Interim litteras vestras non ego ad Sanctissimum Patrem transmittam, neque earum sensus cum Eo communicabo, ne scilicet tam graviter pro temporum tristitia sollicito et afflicto sollicitudinem addam et afflictionem, adque ne, cum Ipse pervigilet quasi rationem pro animabus vestris redditurus, non cum gaudio hoc faciat, sed gemens; "hoc enim (subdit Apostolus) non expedit vobis" (Hebr. III, 17). Potius siquidem pro vestra in me humanitate et mea in vos et Clerum et Populum vestrum propensione licet, consilium amice dabo, ut nempe animis ad debitos filialis pietatis sensus cito reductis et compositis novas velitis ad me litteras dare, Ipsi fortasse Sanctissimo Patri inscriptas, quae et sensus illos exprimant et pro dato tandem Pastore gratias agant⁷ et omnium eidem adhaesionem promittant. Haec enim est regula et via salutis a Deo ipso constituta, ut per Episcopum adhaereamus Romano Pontifici, qui eum mittit; per Romanum Pontificem Petro, per Petrum Ecclesiae, per Ecclesiam Christo, per Christum Deo et Patri animarum nostrarum. Haec postremo libuit adiacere, quia non mea sunt, sed Eius qui misit me; Ipse enim Sanctissimus Pater haec totidem fere verbis, me praesente et audiente, dicebat ipsa die coronationis suae. Et alia quidem addenda haberem, sed praestat cum Apostolo (III Ioann. 13-14) finem facere: "Multa habui vobis scribere, sed nolui per atramentum et calamum vobis scribere. Spero autem protinus vos videre, et os ad os loquemur". Orate pro me, orabo pro vobis, oremus pro invicem ut salvemur.

Addictissimus in Christo
Achilles Ratti Visitator Apostolicus.

⁷ Vide infra N. 302 et N. 308.

N. 251.

Adamus Stephanus Sapieha, epus Cracoviensis
Achilli Ratti

[Cracoviae], 12 XI 1918.

Visitatorem apostolicum certiozem facit consecrationem episcopalem ordinarii Camenecensis, Petri Mańkowski, Cracoviae locum habituram. Propterea rogat, ut litteras officiales ad se mittere velit, quae loco bullarum fidelibus perlegi possint. Insuper nuntiat sibi nihil constare de sorte Ioannis Prima, qui una cum ceteris captivis bellicis Italis Cracoviam reliquerat et in Italiam se contulerat.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 191 425r-426r (N.prot. 292)⁸.

Eccellenza Rev.ma

Ho ricevuto il Suo telegramma⁹ e lo ho comunicato a Mons. Mańkowski. Egli scrive pure a Vostra Eccellenza¹⁰. Stabiliremmo la consacrazione quanto prima, solamente siccome adesso la strada per Camieniec è chiusa e Mons. Mańkowski non potrebbe prendere possesso¹¹, egli crede bene aspettare un poco per lasciare la possibilità ai delegati della diocesi di venire per la funzione.

Mons. Mańkowski desidera essere consacrato qui a Cracovia, perciò sarei molto grato a Vostra Eccellenza se volesse mandarmi una lettera la quale si potrebbe leggere al posto delle bolle o pure lasciare una traccia negli atti¹².

Avendo ricevuto la Sua ultima lettera ho fatto delle ricerche per trovare Prima Giovanni¹³. Egli è stato a Cracovia ma dieci giorni or sono è fuggito cogli altri molti prigionieri italiani per l'Italia. Mi rincresce, ma non si poteva fare per lui più niente.

Colgo questa occasione per assicurare Vostra Eccellenza Ill.ma delle mie profonde stime

dev.mo

†Adamo Stefano
 Vescovo di Cracovia

⁸ In hoc et futuris voluminibus huius tomi, in scritis originalibus, indicabitur tantummodo N. prot. cancellariae "destinatarii".

⁹ Cfr. ANP LVII/2, N. 247.

¹⁰ Cfr. infra N. 252.

¹¹ Cfr. N. 262, 353, 369 et A. 4.

¹² Cfr. N. 279.

¹³ Ioannes Prima, unus ex multis captivis bellicis, fortassis idem ac Prina, cfr. N. 280.

N. 252.

**Petrus Mańkowski, nominatus epus Camenecensis
Achilli Ratti**

Cracoviae, 12 XI 1918.

Gratias agit pro licentia a Sede Apostolica sibi impetrata consecrationem episcopalem ante adventum bullarum praeconizationis accipiendi. Certiorem eum facit de termino consecrationis suscipiendae et petit mitti sibi instructionem de dioecesis possessione assumenda et specialem facultatem impetrari epo Adamo Stephano Sapieha, qui consecrator eius erit et coram quo ipse professionem fidei praestare debet.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 427r-v (N.prot. 293).

Excellence,

Monseigneur le Prince-Evêque de Cracovie¹⁴ vient de me communiquer le télégramme de Votre Excellence¹⁵, autorisant mon sacre avant l'arrivée des bulles de préconisation^a). J'ai hâte d'exprimer à Votre Excellence, combien j'apprécie cette grâce toute spéciale que le Saint-Siège a bien voulu m'accorder et combien j'en suis reconnaissant. Je me ferai un devoir de venir après mon sacre à Varsovie pour présenter à Votre Excellence mes humbles respects, et La prier de vouloir transmettre au Saint Père l'hommage de mon filial dévouement et de ma profonde gratitude.

Les rapports avec Monseigneur Dubowski de Gitomir¹⁶ et avec le diocèse de Kamieniec étant pour le moment presque interrompus, je ne sais pas encore, s'il me sera possible de me faire sacrer, comme je le désire, le 30 de ce mois, jour de Saint André Apôtre, j'espère pourtant pouvoir jusque-là recevoir de Votre Excellence, par une occasion quelconque, un document officiel, contenant en termes plus détaillés le mandat pontifical, ainsi qu'une délégation pour Monseigneur Sapieha, afin que je puisse devant lui prêter serment et faire ma profession de foi, et enfin une instruction spéciale concernant la prise en possession du diocèse, qui ne peut être effectuée d'après la loi (can. 334 § 3), vu que le Chapitre de Kamieniec n'existe plus depuis la mort du dernier de ses membres¹⁷. Monseigneur Sapieha, avec qui je viens

¹⁴ Epus Adamus Stephanus Sapieha.

¹⁵ Vide ANP LVII/2, N. 247.

¹⁶ Epus Ignatius Dub-Dubowski (1874-1953), ordinarius dioecesis Luceoriensis-Zytomeriensis a. 1917-1925 et administrator apostolicus dioecesis Camenecensis usque ad 8 XII 1919.

¹⁷ Cfr. N. 279 et N. 280.

de conférer sur ces questions et que j'ai prié d'être mon consécrateur, doit aussi, à ce sujet, s'adresser à Votre Excellence¹⁸.

En attendant, je prie Votre Excellence de vouloir agréer l'assurance de mon profond respect et de ma haute estime, et j'ai l'honneur de me dire de Votre Excellence le très obéissant serviteur

Pierre Mańkowski

a) *In margine adnotatio manu Achillis Ratti exarata*: "Portato il 21 novembre per mano del sig. Grabiński di Walewice".

N. 253.

**Sac. Paulus Kubicki,
Achilli Ratti**

Sandomiriae, 14 XI 1918.

Cum ob affectam valetudinem ipsemet Varsaviam venire non possit, rogat, ut bullam nominationis suae mandatario suo Stephano Świetlicki, professori in seminario dioecesano, tradere velit, et certiozem eum reddat se consecrationem episcopalem prima Dominica Adventus Sandomiriae ex manibus ordinarii sui esse suscepturum.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 418r-v (N.prot. 275).

Excellentissime Domine!

Longitudinem spatii, quo civitas nostra Sandomiriensis ab urbe Varsovia distat¹⁹, belli hocce tempore magis ac magis sentimus. Itaque cum vagam quandam atque incertam ex ephemeridibus acciperem notitiam, quod Bulla electionis, quae a Sancto Patre benignissime mihi erat missa, iam Varsoviae haberetur, facultas mihi hucusque non est data, quominus persuasum mihi habere possem vera-ne essent, quae fama ferebantur^a).

Verum nunc temporis, postquam Excellentia Vestra humanissime hac de re certiozem me reddidit, nihil est quod malim, quam ut egomet ipse Varsaviam me conferam ad gratias, animo motus, Vicario Christi in manus Excellentiae Vestrae referendas Bullamque eiusdem Sanctissimi Patris de manibus Legati Eius accipiendam.

¹⁸ Vide supra N. 251.

¹⁹ Distat scilicet 192 chiliometris.

Quominus tamen ardens desiderium meum expleam, valetudine impedior, infirmitate enim, qua paucis abhinc diebus correptus sum, hucusque teneor. Itaque necesse est mihi mediatore uti, qui est Clarissimus Dr Stephanus Świetlicki²⁰, in seminario nostro dioecesano professor; ipsi utpote mandatario meo Bullam electionis Excellentia Vestra tradere dignetur²¹. Locum et tempus consecrationis meae quod attinet, si in mea haec sunt facultate, expromo desiderium, ut sacer hic ritus Sandomiriae Dominica prima Adventus peragatur. Personas vero quod spectat, in votis est meis, ut ab Antistite, cuius coadiutor a Sancto Patre constitutus sum, consecrationem episcopalem recipiam²². Episcopus vero assistentes Excellentissimum Praesulem Kielcensem²³ nec non alterum Coadiutorem Varsoviensem, Excellentissimum Gall²⁴, invitandos puto. Cum tandem quo par est modo obsequentissimi atque gratissimi animi mei necnon filialis erga Sanctum Patrem amoris sensus ipse praesens in manus Excellentiae Vestrae inferre non possum, hisce litteris id significo Sanctissimo Patri referendum.

Excellentiae autem Vestrae item ex animo gratias agens addictissimum servum me profiteor

P. Kubicki

a) *In margine manu Ermenegildi Pellegrinetti*: "S'incarica il dr. Stefano Świetlicki di portare le bolle a Sandomierz. Nota bene. Le bolle furono consegnate il 16 novembre al suddetto incaricato, latore della lettera".

N. 254.

Achilles Ratti
comiti Bogdano Hutten-Czapski

Varsaviae, 14 XI 1918.

Ipsi, simul cum auctoritatibus occupantibus Germanicis Varsaviam relinquenti, valedicit et pro auxilio in explendo munere sibi a Sede Apostolica concredito gratias agit.

²⁰ Sac. Stephanus Świetlicki (1889-1965). Seminario dioecesano Sandomiriensi a. 1910 absoluto, Romam ad pergenda studia in Universitate Gregoriana missus est. A. 1913 Romae ordinem presbyteratus suscepit, a. 1914 titulum doctoris s. theologiae est adeptus. A. 1916-1929 fuit professor theologiae moralis et apologeticae in seminario Sandomiriensi.

²¹ Cfr. infra N. 257.

²² Epus Marianus Iosphus Ryx, cfr. ANP LVII/1, notam 18, p. 7.

²³ Epus Augustinus Łosiński, cfr. ANP LVII/1, notam 9, p. 5.

²⁴ Epus Stanislaus Gall.

- **Ed. (Germanice):** B. Hutten Czapski: Sechzig Jahre, p. 528. His litteris comes Czapski praemisit adnotationem: "Der Visitator Msgr. Ratti verabschiedete sich von mir in einem italienischen Brief, der in Übersetzung wie folgt lautet:"

Exzellenz!

Ich besitze die Pässe, deren Beschaffung im gegenwärtigen Augenblick von Ihrer großen Freundlichkeit zeugt. Ich danke Ihnen lebhaft und bitte Sie zu glauben, daß ich es besonders zu würdigen weiß, daß Sie in solchen Augenblicken Zeit und Gelegenheit gefunden haben, sich mit meinen Kleinigkeiten zu beschäftigen. Obwohl ich hoffe, Sie, Exzellenz, sowie den Prinzen Oettingen²⁵ und die Herren Graf Lerchenfeld²⁶ und Rat Żychliński²⁷ zu sehen, bitte ich Sie - da ich sehe, daß dieselben mit Ihnen arbeiten - ihnen meine Ehrerbietung und meinen Dank für die mir erwiesenen Freundlichkeiten auszudrücken; Ehrerbietung und Dankbarkeit, die ich vor allem Ihnen, Exzellenz, darbringe, der sich durch zahlreiche Beweise seiner Aufmerksamkeit und Freundlichkeit Anrecht darauf erworben hat.

Ihr ergebenster und sehr verbundener

Achilles Ratti, Visitator Apostolicus²⁸

N. 255.

**Sac. Carolus Korsak, professor gymnasii
a nomine Nicolai Rej appellati
Achilli Ratti**

Varsaviae, 15 XI 1918.

Edocet visitatorem apostolicum, quam magnam partem habuerit Ecclesia in propagatione et incremento instructionis publicae scholarumque in Polonia, significat magnam actuositatem ac diligentiam sacerdotum in variis institutis et consortiis diffundendae instructioni et disciplinae scholasticae praepositis adhibitam, indicat eorum ardorem et studium in hoc campo,

²⁵ Eugenius princeps zu Oettingen-Wallerstein, magistratus Officii Rerum Exterarum penes Gubernatoratum Generalem Varsaviensem et referens de rebus publicis in eiusdem Gubernatoratus Officio Civili, postea legatus legationis (Botschaft) Germanicae.

²⁶ Hugo Lerchenfeld-Köfering, cfr. ANP LVII/2, notam 300, p. 157.

²⁷ Iosephus von Żychliński (1890-1942), consiliarius Germanicus in gubernio Polonico tempore Consilii Regentium.

²⁸ In actis nuntiaturae minuta (conceptum) huius scripti non invenitur.

praesertim in Regno Poloniae, impensum. Cum de religione in scholis docenda refert, enumerat consortia et sodalitates sacerdotum catechismi magistrorum et varias societates studiosae iuventutis commemorat.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 198 f. 337r-444r.

Instruction publique en Pologne et l'Eglise

§ 1. [Développement de l'instruction publique]

A partir de 966, c'est-à-dire depuis que la Pologne eut embrassé le christianisme jusqu'à la formation chez nous, sous le nom de Commission d'éducation, d'un ministère de l'instruction publique, le plus ancien de l'Europe, c'est à l'Eglise que revient la gloire de l'initiative et du développement de l'instruction publique en Pologne. Les écoles primaires existant auprès des couvents et des cathédrales, depuis la fin du X, ensuite celles, de plus en plus nombreuses, créées dans diverses paroisses, au XIII et XIV siècles, les écoles secondaires et supérieures, toute l'oeuvre scolaire, sans coûter un sou au gouvernement, s'est développée grâce à la générosité, l'activité et la direction du clergé. C'est ainsi que notre éducation nationale acquit un caractère sincèrement et nettement confessionnel.

L'université de Cracovie, créée en 1364 par Casimir le Grand²⁹ et élevée par le pape Urbain V³⁰ au rang des autres institutions analogues de l'Europe, est la plus ancienne de toutes sur le continent de l'Est, car l'université de Vienne ne fut fondée qu'en 1365, celle de Prague en 1386 et celle de Leipzig en 1404. Elle fut organisée sur le modèle de celle de Bologne³¹ et demeurera sous la surveillance active de son chancelier qui fut l'évêque de Cracovie. Elle eut la gloire de donner la première l'impulsion à des sciences encore inconnues dans le reste de l'Europe. Vitellius³² y enseigna pour la première fois les lois de l'optique et le chanoine Copernic³³ y fit connaître le vrai système du monde.

Les P.P. Jésuites, établis en Pologne en 1564, ayant entrepris la réforme de l'enseignement primaire, secondaire et supérieur, ont largement contribué à la défense de la religion catholique sur le sol de Pologne, gravement menacée par les hérésies du XVI siècle. Non contents d'avoir fondé ou orga-

²⁹ Casimirus Magnus (1310-1370), rex Poloniae ab a. 1333.

³⁰ Vide ANP LVII/2, p. 60.

³¹ Universitas studiorum Bononiensis initium sumpsit altera parte saec. XI. Cfr. A. Vetulani, *Początki najstarszych wszechnic środkowoeuropejskich* [Initia antiquissimarum universitatum studiorum Europae Centralis], Wrocław 1970.

³² Witelo (Vitelo, Witelon, circa 1220/30 - post 1277), philosophus, physicus et mathematicus Silesius.

³³ Nicolaus Copernicus (1473-1543), astronomus, auctor heliocentricae rationis structurae mundi.

nisé trois universités, celle de Vilna en 1579, de Zamość en 1595 et de Kiev³⁴, ils ont, en outre, établi dans toute l'étendue des provinces polonaises, [337v] un réseau de collèges, internats, pensionnats et autres maisons d'éducation.

A partir de 1632, leur oeuvre fut complétée par les piaristes. Rivalisant avec les jésuites sur le terrain de l'enseignement, ils tâchèrent de réveiller la conscience polonaise.

Le bref "Dominus ac Redemptor"³⁵ a mis le gouvernement polonais dans une situation difficile, car elle entraînait la suppression d'une quantité d'écoles primaires et secondaires. La diète de 1773 employa les biens confisqués aux jésuites à fonder et à doter de nouvelles écoles et forma une "Commission d'éducation nationale"³⁶, où les ecclésiastiques furent en majorité et présidèrent à la réforme de l'enseignement en qualité de directeurs, professeurs et visiteurs. Mons. Georges Piramowicz³⁷, un jésuite, fut l'âme de la Commission et l'auteur de son "statut". Il trouva de dignes auxiliaires dans les prêtres suivants: Jean Albertrandi³⁸, Georges Kniaziewicz³⁹, Hugues Kołłątaj⁴⁰, Martin Odlanicki Poczobut⁴¹, Casimir Narbutt⁴², Stéphane

³⁴ Verisimiliter agitur de Collegio Societatis Iesu, post cassationem Societatis abolitum. Universitas autem s. Vladimiri Kioviae condita est a. 1834. Cfr. W. A. Serczyk, *Historia Ukrainy*, Wrocław 1990², p. 205, 223.

³⁵ Brevi pontificio *Dominus ac Redemptor*, a Clemente XIV (1769-1774) 21 VII 1773 edito, Societas Iesu dissolvebatur.

³⁶ Consilium Educationis Nationalis, principale officium institutionis et educationis publicae, archetypum ministerii (primum huiusmodi institutum in tota Europa), conditum lege in comitiis Regni 14 X 1773 lata, exstitit usque ad dimidium mensem Aprilem a. 1794. Fusius de hac re vide: A. Jobert, *La Commission d'Education Nationale en Pologne (1773-1794). Son oeuvre d'instruction civique*, Paris 1991.

³⁷ Gregorius (non Georgius) Piramowicz (1735-1801). A. 1775-1787 erat etiam secretarius Societatis Librorum Elementarium.

³⁸ Ioannes Baptista Albertrandi (1731-1808), Societatis Iesu sodalis, historicus Ecclesiae, ab a. 1795 epus titularis Zenopolitanus et epus auxiliaris Posnaniensis, ab a. 1798 Varsaviensis. Cooperator Societatis Librorum Elementarium. Unus ex conditoribus et a. 1800 et 1805 praepositus Societatis Amicorum Scientiarum Varsaviensis.

³⁹ Gregorius Kniaziewicz (Kniazewicz, 1737-1804), historicus Ecclesiae. Postquam Societas Iesu dissoluta est, erat parochus in pago Mosty prope Grodnam. A. 1775-1777 sodalis Societatis Librorum Elementarium.

⁴⁰ Hugo Kołłątaj (insigne generis "Kotwicz"), cognomine Sztumberg (1750-1812), canonicus Cracoviensis, vicecancellarius Regni a. 1791-1792, unus ex auctoribus Constitutionis 3 Maii appellatae, sodalis Societatis Librorum Elementarium. A. 1782-1786 rector Scholae Principalis Regni (Szkoła Główna Koronna). A. 1809-1810 perfecit reformationem Universitatis studiorum Jagellonicae.

⁴¹ Martinus Odlanicki Poczobut (1728-1810), astronomus, professor et inde ab a. 1780 rector Academiae Vilmensis. Reformator scholarum in Lithuania.

⁴² Casimirus Narbutt (1738-1807), artis educandi studiosus, professor in collegiis Fratrum Scholarum Piarum, unus ex auctoribus rationis studiorum a Consilio Educationis Nationalis promulgati, auctor libri manualis logices Polonice conscripti.

Hołowczyc⁴³, Stanislas Staszic⁴⁴. Un piariste, le P. Antoine Popławski⁴⁵, fut placé à la tête de la première école normale, instituée par la Commission près de l'université de Cracovie pour fournir des professeurs à l'enseignement primaire. Sur quatre premiers visiteurs, nommés par la Commission, deux furent jésuites: Piramowicz et François Bieńkowski⁴⁶; le troisième fut un lazariste, Hołowczyc, devenu plus tard archevêque. 246 prêtres furent nommés directeurs ou professeurs d'écoles.

A l'université de Cracovie, réformée par Kołłątaj^a), ainsi qu'à celle de Vilna, réformée par Poczubut, les professeurs ecclésiastiques furent en majorité. La Commission s'est, en outre, chargée de 70 écoles secondaires appartenant jusque là à des religieux, jésuites, piaristes ou moines de S. Basile. Nous ne pouvons pas oublier ici les noms illustres du chanoine Starowolski⁴⁷ qui, dès l'année 1628 préconisa la nécessité de fixer un programme de l'enseignement uniforme, obligatoire pour tous, ni du piariste Stanislas Konarski⁴⁸, qui a opéré la renaissance de l'enseignement officiel, et de son frère Ignace Konarski⁴⁹, également piariste, fondateur en 1761 de la première école des métiers. Tous ces travaux, [338r] cette activité créatrice et infatigable du clergé forment une page glorieuse dans l'histoire de l'instruction publique en Pologne. Après le troisième partage de la Pologne en 1795, chacune des trois puissances (Autriche, Prusse^b), Russie) se mit à organiser et remanier nos écoles selon ses propres vues et idées.

En 1807, une petite portion de la Pologne fut détachée de la Prusse et érigée en Duché de Varsovie⁵⁰. En 1809, l'Autriche fut obligée de restituer

⁴³ Stephanus Hołowczyc (1741-1832). Presbyteratus ordinem suscepit a. 1772. Ab 1773 fungitur munere parochi Cutnae (Kutno), et a. 1776 est secretarius aepi Michaelis Poniatowski (1736-1794). A. 1819 nominatur primus episcopus recens creatae dioecesis Sandomiriensis et vicarius capitularis archidioecesis Varsaviensis. Die 17 XII 1819 nominatus est aepus metropolita Varsaviensis et primas Regni Poloniae.

⁴⁴ Stanislaus Staszic; cfr. ANP LVIII/1, p. 109 (annexum ad N. 19, notam 214).

⁴⁵ Hyacinthus Antonius Ignatius Popławski (1739-1799). A. 1767-1777 erat professor Collegii Nobilium, ubi artem oratoriam (rhetoricam) et ius naturale docebat. Ab a. 1775 socius operis Consilii Educationis Nationalis. A. 1780 nominatur professor iuris naturalis, iuris publici et iuris gentium in Schola Principali Regni (Szkoła Główna Koronna). A. 1791 et 1792 est visitator generalis scholarum Consilii Educationis Nationalis.

⁴⁶ Franciscus Bieńkowski (1730- post 1786). A. 1747 ingressus est Societatem Iesu. Post abolitionem seu cassationem Societatis in Collegio Nobilium laborabat. A. 1778-1786 fuit visitator scholarum Consilii Educationis Nationalis in Regno Poloniae et in Lithuania.

⁴⁷ Simon Starowolski (Starovolscius, 1588-1656), vir omni ex parte eruditissimus ("polyhistor Polonus" nuncupatus), unus ex maxime eximiis viris doctis Poloniae saec. XVII. A. 1639 accepit ordinem presbyteratus et a. 1653 nominatus est canonicus ecclesiae cathedralis Cracoviensis.

⁴⁸ Stanislaus Hieronymus Konarski (insigne generis "Gryf", 1700-1773), artis homileticae studiosus, scriptor politicus, reformator scholarum. A. 1740-1745 reformavit collegium Varsaviense, quod convertit in institutum educationis et instructionis, Collegium Nobilium appellatum. A. 1765 pro meritis a rege nomisma "sapere auso" adeptus est.

⁴⁹ Ignatius Konarski. Nil aliud de eo reperire valui.

⁵⁰ Ducatus Varsaviensis, a. 1807 vi tractatus Tilsensis creatus, a. 1809 comprehendebat spatium circiter 154 000 chiliometrorum quadratorum et numerum habitantium habebat circa 4 miliones et trecentos. Omni ex parte imperio Gallorum subiectus, cessavit a. 1815 vi decretorum Conventus Vindobonensis.

au Duché de Varsovie la plus grande partie des provinces, dont elle s'était emparée en 1772. L'instruction publique fut réorganisée d'abord par les soins de la "Chambre d'éducation" (1807-1915)⁵¹, puis par ceux de la "Direction d'éducation", qui tâchèrent de soutenir l'esprit de la Commission d'éducation, supprimée en 1794^o.

Depuis la réunion à l'empire de Russie du Duché de Varsovie jusqu'à leur évacuation définitive en 1915, c'est-à-dire durant tout un siècle, les russes tâchèrent de dénationaliser l'âme polonaise. Considérant le catholicisme et le clergé comme leur ennemi irréductible, ils s'acharnaient à détruire le crédit du clergé, surtout sur le terrain de l'instruction nationale. En 1867, les écoles furent soustraites à la surveillance de l'évêque diocésain. Les écoles secondaires, fréquentées par les catholiques seuls, furent converties en écoles mixtes. En 1875, les écoles primaires eurent le même sort. Seuls les juifs et les protestants ont gardé leurs écoles et leurs instituteurs. Depuis 1892, la religion catholique fut encore enseignée dans les écoles primaires, mais par des laïques qui n'étaient même pas catholiques et souvent en russe. Les prêtres furent exclus des écoles primaires. L'année 1893 amena une légère amélioration. Toutefois sur 2865 écoles d'état élémentaires, la religion catholique ne fut enseignée par des prêtres que dans 54 écoles, alors que dans 44 elle était enseignée par des orthodoxes et dans 58 par des protestants. Tous ces détails ne donneraient qu'une idée bien incomplète de la suite ininterrompue de mesures vexatoires, si nous ne parlions des écoles de paroisse orthodoxes. Elles furent créées dans différents endroits habilement choisis par les agents de la russification, afin de détruire la religion en Pologne et d'extirper plus facilement sa nationalité. En même [338v] temps, on garrottait les écoles privées.

Contre l'oppression de ces mesures odieusement persécutrices, durant tout un siècle, notre épiscopat polonais et tout le pays n'ont cessé de réagir et de protester de toutes leurs forces. Cette énergie est récompensée aujourd'hui par le commencement d'une ère relativement heureuse pour l'Église catholique.

A la suite des événements politiques, qui ont suivi la guerre russo-japonaise⁵², l'enseignement de la religion en polonais fut rétabli dans toutes les écoles. Le règlement des écoles d'état primaires fut adouci; enfin le 25 juin 1914, les écoles privées obtinrent, avec quelques restrictions, le droit d'enseigner en polonais.

⁵¹ Camera Educationis negotiis praeposita ("Izba Edukacyjna") - consilium seu officium administrationi scholarum in Ducatu Varsaviensi destinatum, ab a. 1811 Directorium Educationis Nationalis appellatum. Eiusmodi officium ad memoriam et traditionem Consilii Educationis Nationalis se quidem revocabat, sed institutionem et educationem laicalem propagabat.

⁵² Hic agitur de eventis, coniunctis cum mutatione seu "revolutione" rerum publicarum in Russia a. 1905-1907 concitata.

Au commencement de cette guerre européenne, s'est formé le Comité des citoyens de la ville de Varsovie⁵³ qui, en dépit de la présence des autorités russes, a déployé une activité sans pareille dans tous les domaines de la vie nationale. Elle n'a donc eu garde d'oublier les intérêts et les besoins des enfants, c'est-à-dire l'instruction publique.

Le 5 août 1915, les troupes russes livrèrent Varsovie aux allemands. Ceux-ci ne manquèrent pas de mettre aussitôt la main sur nos autorités autonomiques, établies par le Comité des citoyens de la ville. Dans sa réponse à une communication du gouverneur général de Beseler⁵⁴ du 17 septembre 1915, Son Excellence Monseigneur l'Archevêque de Varsovie⁵⁵, à la date du 30 septembre 1915 (N° 3690), revendiquait:

1) la liberté de fonder sans contrôle des établissements scolaires de tous les types;

2) la liberté de choisir la langue de l'enseignement;

3) la défense d'employer d'autres manuels de religion que ceux qui auront été approuvés et admis par l'évêque diocésain ou par son délégué.

L'Archevêque prévenait, en outre, le gouverneur général que la surveillance de l'enseignement religieux dans les écoles sera exercée par le doyen en province, et par des visiteurs spécialement nommés, dans les grandes villes. Dans les écoles primaires, les curés et les vicaires devront enseigner la religion ou seconder l'enseignement des instituteurs. Enfin l'Archevêque annonçait que ses prêtres étaient autorisés par lui à ouvrir au [339r] besoin des écoles privées.

Les événements ont démontré, combien ces revendications étaient urgentes. Il importait, en effet, de rendre à l'instruction nationale son caractère confessionnel et de le sauvegarder contre les empiètements probables.

A partir du 10 novembre, les autorités allemandes ont publié toute une série de décrets tendant à placer l'instruction sous l'autorité d'une direction, à la tête de laquelle se trouvaient messieurs Schauenburg⁵⁶ et Müller⁵⁷. L'abbé Jean Gralewski⁵⁸, membre du Comité des citoyens et rapporteur de la commission de l'instruction publique fut condamné à l'exil pour avoir rédigé une violente protestation contre l'ingérence que les allemands prétendaient exercer dans les affaires de nos écoles.

⁵³ Consilium civium urbis Varsaviae - institutum sociale, m. Augusto a. 1914 - viris politicis factionis Democratiae Nationalis suasoribus - creatum, tamquam organum autonomum civitatis Varsaviensis, cuius erat simul cum auctoritatibus Russicis operari. Erat unum ex actuosissimis civium coetibus, qui condebantur in omnibus praefecturis ("guberniis"), districtibus, municipiis, communitatibus ruralibus. Subiacebat Consilio Civico Principali (Centralny Komitet Obywatelski), quod 12 IX 1915 dissolutum est.

⁵⁴ Ioannes Hardvicus a Beseler; cfr. ANP LVII/1, notam 197, p. 100.

⁵⁵ Alexander Kakowski.

⁵⁶ Statuere non potui, de quo Schauenburg hic agatur.

⁵⁷ Stabiliri nequit, quem Müller in mente habeat.

⁵⁸ Ioannes Gralewski (1868-1924), rei socialis promotor, vicinus factioni Democratiae Nationalis, praeses Societatis Magistrorum Polonorum.

En présence d'un tel état de choses, pour maintenir et développer l'instruction nationale, du sein de la nation sortit une commission qui s'est appelée "Section de l'instruction". Pour prendre part aux discussions et travaux de cette institution, furent désignés par l'Archevêque mons. Adolphe Jełowicki⁵⁹ et le chanoine Antoine Ciepliński⁶⁰, qui, en même temps, furent nommés visiteurs des écoles de Varsovie avec le concours d'Alexandre Lipiński⁶¹ et d'Alexandre Fajęcki⁶², professeurs du séminaire. L'abbé Henri Przeździecki⁶³ et Séverin Popławski⁶⁴ devinrent visiteurs à Łódź.

La Section s'est très activement occupée de l'enseignement primaire, secondaire et supérieur. Elle reconstitua l'université et l'école polytechnique de Varsovie. Mons. Ciepliński, avec l'assentiment de l'Archevêque, présenta un projet ayant pour but de créer une faculté de théologie près de l'université de Varsovie. A une des séances plénières de la Section, ce projet fut adopté à l'université. La Section de l'instruction ayant paru gênante à la "Direction des écoles" allemande, elle fut supprimée par le gouvernement d'occupation, au bout de 8 mois d'existence.

Cette mesure arbitraire n'a pas laissé les polonais entièrement désarmés. En effet, dès le mois de mars, fonctionnait près de la municipalité de Varsovie une "Section scolaire". Mons. Ciepliński fut chargé de prendre part à ses travaux. D'un autre côté, une oeuvre de haute portée, la "Matrice scolaire polonaise" qui, au bout de 18 mois d'existence, avait été supprimée par le [339v] gouvernement russe, ressuscita maintenant après neuf ans d'interruption⁶⁵. Elle servit de contrepoids aux associations allemandes et juives que le gouvernement d'occupation multipliait sur notre sol. A l'heure qu'il est, la Matrice est, à coup sûr, franchement catholique d'esprit, de coeur et d'action. Cette oeuvre jouit de la pleine confiance des Evêques et possède 600 succursales en province. On peut évaluer le nombre de ses membres à 42 000, dont 550 prêtres et 73 délégués des autorités diocésaines dans ses comités de province. Monseigneur l'Archevêque a nommé mons. Szcześniak⁶⁶ son délégué au comité central et l'abbé Alphonse Trepkowski⁶⁷ au conseil d'administration. Mons. Szcześniak fut bientôt remplacé par le chanoine Marcellin Nowakowski⁶⁸.

⁵⁹ Adolfus Jełowicki; cfr. ANP LVII/1, notam 525, p. 236.

⁶⁰ Antonius Ciepliński, cfr. ibidem, notam 427, p. 191.

⁶¹ Alexander Lipiński (1875-1949), sacerdos archidioecesis Varsaviensis a. 1919 dioecesi Podlachiensi incardinatus. Ordines sacerdotales accepit a. 1903. A. 1905-1919 professor in seminario metropolitano Varsaviensi. Ab a. 1919 vicerector, deinde ab a. 1922 rector seminarii dioecesanii Podlachiensis (Ianoviae). Praelatus capituli cathedralis Podlachiensis.

⁶² Alexander Fajęcki; cfr. ANP LVII/1, notam 413, p. 188.

⁶³ Henricus Ignatius Przeździecki; cfr. ibidem, notam 2, p. 3.

⁶⁴ Severinus Popławski (1870-1944), sacerdos archidioecesis Varsaviensis; cfr. ibidem, notam 519, p. 235; ab a. 1907 praefectus Circuli Sacerdotum Religionis Magistrorum.

⁶⁵ "Polska Macierz Szkolna"; cfr. ANP LVII/2, notam 167, p. 59.

⁶⁶ Vladislaus Maximilianus Szcześniak; cfr. LVII/1, notam 520, p. 235-236.

⁶⁷ Alfonsus Trepkowski; cfr. ibidem, notam 528, p. 236.

⁶⁸ Marcellus Venceslaus Nowakowski; cfr. ANP LVII/2, notam 10, p. 308.

Le 5 novembre 1916^{d)}, le général de Beseler promulgua, au nom des puissances d'occupation, le Royaume de Pologne indépendant avec une monarchie héréditaire et constitutionnelle. Afin de gagner la nation à cet acte, de Beseler a nommé, le 15 janvier 1917, un "Conseil d'état provisoire" qui s'est spontanément dissous le 30 août⁶⁹.

Le 27 octobre, fut établi un "Conseil de régence", qui confia à Kucharzewski⁷⁰ le soin de former un cabinet. L'éducation de la jeunesse se trouvait jusque là dans les attributions du Conseil d'état provisoire. Après le 27 octobre, un ministère des cultes et de l'instruction publique fut constitué.

Monseigneurs Ciepliński et Gnatowski⁷¹ furent nommés par l'Archevêque délégués au ministère de l'instruction publique. Mons. Ciepliński fut également délégué par la conférence des Evêques au ministère des cultes avec le concours de mons. Szelażek^{e)}⁷². A la même conférence du 11 décembre 1917, mons. Ciepliński fut désigné comme visiteur général des écoles de tout le Royaume de Pologne. Il était chargé de sauvegarder les intérêts de l'Eglise dans toutes les questions qui touchent à l'instruction religieuse.

Déjà le Département du Conseil d'état provisoire avait entrepris d'établir un système d'enseignement uniforme dans tout le pays. Un de ses premiers travaux fut le "Règlement provisoire pour les écoles primaires du Royaume de Pologne"⁷³.

L'instruction publique en Pologne continue la tradition nationale neuf fois [340r] séculaire, en tâchant d'asseoir nos institutions scolaires officielles sur la base inébranlable de l'Eglise, conformément aux prescriptions du nouveau code canonique. L'enseignement de la religion demeure donc toujours obligatoire, il est traité d'une façon très sérieuse et ne se trouve jamais en conflit avec le reste de l'enseignement à l'école. L'enseignement religieux, qu'il soit donné par un prêtre ou un instituteur, voire une institutrice, est subordonné à la haute surveillance de l'autorité ecclésiastique (voir les articles: 26, 30. b. 2, 49. b. 1, 51. b. 1, 57. 3, 78, 84-86, 89, 91, 95-99 du "Règlement provisoire").

⁶⁹ Proclamatio et nominatio membrorum Consilii Status Temporarii celebrata est die 14 Ianuarii in Arce Regia Varsaviensi, primus vero eorum consensus peractus est in Palatio Krasieński die 15 Ianuarii, praevio sollempni officio religioso in ecclesia cathedrali celebrato. Consilium Status Temporarium 26 VIII 1917 se abdicavit.

⁷⁰ Ioannes Kucharzewski, cfr. ANP LVII/1, notam 184, p. 98.

⁷¹ Sac. Ioannes Gnatowski (1855-1925), usus mutuato nomine Ioannes Łada, criticus litterarius, scriptor. Studiis polytechnicis incubuit Rigae, philologicis Vindobonae et Cracoviae. A. 1882-1890 praeerat sectioni criticae litterariae in commentario "Niwa". Studiis theologicis Oeniponte absolutis, ordinem presbyteratus suscepit a. 1887. A. 1887-1890 erat secretarius nuntiaturae apostolicae Monaci in Bavaria, deinde fungebatur munere magistri religionis in gymnasiis Leopoltanis. Ab a. 1906 edebat Varsaviae commentarios "Wiara" et "Przegląd Katolicki" inscriptos. Erat rector ecclesiae S. Spiritus Varsaviae ad viam Longam (ul. Długa) sitae. Insignitus dignitate praelati domestici Suae Sanctitatis et canonici ad honorem capituli cathedralis Zytomeriensis.

⁷² Adolfus Szelażek; cfr. ANP LVII/1, notam 376, p. 181.

⁷³ Decretum Consilii Statu Provisorii 10 VIII 1917 latum: *Przepisy tymczasowe o szkołach elementarnych w Królestwie Polskim* [Normae provisionariae de scholis elementariis in Regno Poloniae].

Monsieur l'abbé Gralewski, revenu de l'exil, fut nommé, en 1917, inspecteur primaire de l'arrondissement de Radom dans l'occupation autrichienne, puis inspecteur général de l'enseignement primaire, à Varsovie. Non seulement dans les écoles primaires, mais dans tous les établissements scolaires: orphelinats, écoles, tant officielles que privées, primaires, secondaires, professionnelles et normales, reconnues par le ministère de l'instruction publique, l'enseignement de la religion a une place officielle et au moins deux heures par semaine et par classe lui sont consacrées. Furent nommés visiteurs: mons. Jełowicki, le chanoine Lipiński, les abbés Julien Ryster⁷⁴ et Casimir Tomczak⁷⁵, pour Varsovie, et mons. Vincent Tymieniecki⁷⁶ et le chanoine Bronislas Sienicki⁷⁷, pour Łódź.

Le 27 juin 1918, fut inaugurée la faculté de théologie près de l'université de Varsovie. Sont en ce moment professeurs: le chanoine Antoine Szlagowski⁷⁸, doyen de la faculté, mons. Czeslas Sokołowski, délégué au conseil des professeurs, les P.P. Ladislas Szczepański⁷⁹, Stanislas Kobyłecki⁸⁰ de la compagnie de Jésus, le P. Guillaume Michalski⁸¹, lazariste, préfet de l'internat, le chanoine Casimir Bączkiewicz⁸², l'abbé Kantak⁸³.

⁷⁴ Iulianus Ryster (1885-1960), sacerdos archidioecesis Varsaviensis, a. 1918 dioecesi Podlachiensi incardinatus. Presbyteratus ordinem accepit a. 1909. A. 1918-1924 cancellarius curiae dioecesanae. A. 1919 factus est canonicus capituli cathedralis Podlachiensis et a. 1949 praelatus archidiaconus. A. 1948 adeptus est dignitatem protonotarii apostolici "ad instar participantium". Ab a. 1926 erat viceofficialis, vices gerens vicarii generalis, decanus et parochus parociae cathedralis. A. 1942-1946 parochus Socoloviae Podlachiensis (Sokołów Podlaski). Ab a. 1946 functus est munere vicarii generalis et iterum parochi parociae cathedralis.

⁷⁵ Casimirus Tomczak (1883-1967). Ordines sacerdotales suscepit a. 1907. Fuit vicarius in parocia archicathedrali et professor seminarii clericorum. A. 1927 nominatus epus titularis Siccensis (Siccae Veneriae) et auxiliarius Lodzensis. A. 1934-1935 ad tempus dioecesim administrabat. Ab a. 1945 parochus parociae S. Crucis in oppido Łódź.

⁷⁶ Vincentius Tymieniecki (1871-1934). Sacerdos archidioecesis Varsaviensis. Post acceptos ordines sacerdotales a. 1895 curae animarum operam dabat in Skierniewice, Łódź et Varsaviae. Ab a. 1907 parochus parociae S. Stanislai in oppido Łódź. A. 1920, postquam creata erat dioecesis Lodzensis, erat eius vicarius generalis et a. 1921 primus eiusdem dioecesis ordinarius nominatus est.

⁷⁷ Bronislaus Sienicki (1873-1936). Sacerdos ordinatus est a. 1896. Ab a. 1920 viceofficialis Iudicii Episcopalis Lodzensis, praelatus capituli cathedralis Lodzensis et canonicus ad honorem capituli cathedralis Podlachiensis.

⁷⁸ Antonius Szlagowski; cfr. ANP LVII/1, notam 434, p. 192.

⁷⁹ Vladislas Szczepański (1877-1927), Societatis Iesu sodalis. Ordine presbyteratus a. 1903 accepto, linguis orientalibus addiscendis incubuit in Instituto Studiorum Orientalium Beryti et itinera studiorum causa suscepta per Syriam, Palaestinam et Aegyptum perfecit. A. 1909-1915 fuit professor archaeologiae biblicae et linguae Hebraicae in Instituto Biblico Romae. Aduvabat in creanda Facultate Theologiae Universitatis studiorum Varsaviensis. A. 1918 accepit in eadem Facultate cathedram S. Scripturae Novi Testamenti, deinde a. 1919-1920 fuit eiusdem Facultatis decanus.

⁸⁰ Stanislaus Kobyłecki (1864-1939), Societatis Iesu sodalis. Ordinibus sacerdotalibus a. 1894 acceptis, fuit professor in celebri collegio Iesuitarum Chyrovienisi (Chyrów). A. 1902-1905 studia philosophica perfecit Lipsiae, Friburgi Brisgoviae et Gottingae. A. 1912 Societatem Iesu deseruit. A. 1918-1929 fuit professor philosophiae christianae in Facultate Theologiae Catholicae Universitatis Studiorum Varsaviensis, fungens etiam a. 1925-1926 munere decani eiusdem Facultatis.

⁸¹ Gulielmus Vincentius Michalski; cfr. ANP LVII/1, notam 436, p. 193.

⁸² Casimirus Bączkiewicz; cfr. ibidem, notam 428, p. 191.

⁸³ Camillus Iulius Kantak (1881-1976), presbyter archidioecesis Posnaniensis, historicus Ecclesiae, scriptor diurnarius. Ordine presbyteratus a. 1904 suscepto, perficiendis studiis operam dabat

L'autorité ecclésiastique ne perd pas une occasion d'étendre, autant que possible, l'influence de l'Eglise. C'est ainsi que le chanoine Bączkiewicz est, depuis le mois de novembre 1910, conseiller de l'Association des femmes catholiques. Il est suppléé dans la section des catéchistes par l'abbé Adam Wyrębowski⁸⁴, préfet.

Le skauting, qui a pris une influence considérable dans notre pays, a été organisé par l'abbé Casimir Lutosławski⁸⁵, qui pourtant a dû évacuer avec les russes. Il fut remplacé par l'abbé Jean Mauersberger⁸⁶ préfet, qui [340v] devint commandant en chef des skauts du Royaume de Pologne.

L'abbé Trepkowski fut chargé en 1916 d'organiser pour la jeunesse des écoles, le premier dimanche qui suit la S. Stanislas Kostka, une fête en l'honneur de ce saint. Elle fut célébrée dans deux églises, où la jeunesse qui s'était confessée la veille, fut confirmée. Le soir, se tint une Académie qui eut un grand succès. Cette solennité revient tous les ans et commence à être imitée en province. Mons. Ciepliński tâche même, sans succès d'ailleurs, d'obtenir du ministre de l'instruction le chômage du jour de la S. Stanislas, afin que cette grande démonstration catholique puisse se dérouler plus majestueusement et que les élèves en tirent un plus grand profit religieux et moral.

Friburgi Brisgoviae, ubi a. 1909 gradum doctoris s. theologiae assecutus est. Ab a. 1915 archivi archidiecesani praefectus. A. 1918 commoratur Varsaviae, participans labores specialis Commissionis tabulariis Polonis ab auctoritatibus Germanicis recuperandis. A. 1919 habilitationem gradus doctoris historiae ecclesiasticae in Universitate studiorum Pragensi perfecit. A. 1919-1923 laborat Gedani, ubi non parum contulit ad condendam Societatem Scientiarum et Artium. A. 1923-1926 rursus commoratur Varsaviae, deinde Pinski (Pińsk). A. 1941 factus est cappellanus militum in Griazovec. Ab a. 1942 moratus est Beryti (Beyrouth), ubi a. 1947/48 docebat historiam cultus civilis in Universitate studiorum Americana.

⁸⁴ Adamus Wyrębowski (1882-1952), rei socialis promotor. Presbyteratus ordine a. 1907 suscepto, a. 1907-1909 studiis absolvendis incubuit in Academia Ecclesiastica Petropolitana, deinde, usque ad a. 1916, curae animarum operam dabat in oppido Łódź. A. 1919 membrum consilii municipalis Varsaviensis. Erat unus ex conditoribus Societatis Laboris Catholici. Ab a. 1920 erat cappellanus apud Praefecturam Principalem custodum publicorum Reipublicae. A. 1922 electus est legatus ad Diaetam ex indice Societatis Christianae Unitatis Nationalis.

⁸⁵ Casimirus Lutosławski (1880-1924), praelatus domesticus Suae Sanctitatis. Ediscendae medicinae studuit Tiguri, scientias naturales (physicam) discebat Londinii, theologiam Friburgi. Sacerdos ordinatus est a. 1912. Propagabat scholas modernas et erat unus ex praecursoribus instituti iuvenum exploratorum (boy-scouts). Ab a. 1903 erat membrum Ligae Nationalis iuvenum exploratorum; interfuit supremis auctoritatibus sodalitiū iuvenum exploratorum in Regno Poloniae. Tempore primi belli pancosmii erat cappellanus militum Agminis Sclopetariorum Polonorum ("Brygada Strzelców Polskich"). Cappellanus militum erat etiam in bello inter Polonos et bolsevicos gesto. Erat legatus ad Diaetam legibus ferendis.

⁸⁶ Ioannes Paulus Mauersberger (1877-1942), sacerdos archidiecesis Varsaviensis, promotor motuum iuvenum exploratorum et rei socialis. Ordinem sacerdotii accepit Romae 8 XII 1902. A. 1916-1917 occupatus in Departamento Instructionis Consilii Status. Composuit "Catechismum iuvenum exploratorum" ("*Katechizm harcnerski*"), librum continentem normas et regulas morales, quas iuvenes et pueri exploratores Poloni sequi et observare debebant. Ab a. 1919 erat cappellanus militum Exercitus Poloni. A. 1923-1929 fuit praeses Sodalitii Iuvenum Exploratorum Polonorum et eodem tempore principalis cappellanus eiusdem Sodalitii. A. 1934-1939 functus est munere cancellarii Curiae Castrensis Exercitus Poloni. Tempore alterius omnium gentium belli, a. 1940-1942, fuit moderator Sodalitii Iuvenum Exploratorum Polonorum "sub occupatione Germanica".

Mons. Ciepliński entra, comme délégué de l'Archevêque, au bureau du Cercle des directeurs et directrices à l'Association des professeurs polonais. Les abbés Antoine Haze⁸⁷ et Bronislas Szmidt⁸⁸ sont nommés rapporteurs de l'Association des instituteurs; le chanoine Trepkowski, les abbés Mauersberger et Thadée Czechowski⁸⁹ sont nommés patrons des cinq bourses scolaires fondées pendant la guerre par le Conseil central tutélaire. En février 1917, l'enseignement de la religion avec un programme spécial fut introduit à l'école secondaire forestière créée par la Société d'agriculture. L'abbé Korńłowicz⁹⁰ y fut nommé préfet.

En janvier 1918, se forma une sous-commission près du Musée pédagogique, récemment créé. Le chanoine Trepkowski en est le président, l'abbé Vincent Trojanowski⁹¹ - vice-président, l'abbé Henri Osiński⁹² - trésorier, Constantin Pogorzelski⁹³ - secrétaire.

La Société des cours scientifiques, à la suite de longs pourparlers, a fini par se décider de charger le chanoine Nowakowski d'un cours d'histoire ecclésiastique.

Il y a lieu d'espérer qu'une chaire d'apologétique ne tardera pas à être établie à l'Institut pédagogique qui est rattaché à la Société des cours scientifiques.

La nomination d'un préfet à la classe d'orgues au Conservatoire de Varsovie est également le fruit de laborieuses négociations.

Une section scolaire ayant été récemment créée à la Société d'agriculture, [341r] son président vient de demander à Monseigneur l'Archevêque d'envoyer un délégué au conseil d'administration.

Il faut ajouter que dans les maisons d'éducation à tout degré, jusqu'aux orphelinats, salles d'asile pour les enfants des familles pauvres, établissements pour les enfants frappés d'imbécillité, la direction religieuse et morale est donnée, soit par le préfet ou l'aumônier, soit par une soeur, soit enfin par une personne laïque, sous la surveillance du clergé.

⁸⁷ Antonius Haze; cfr. ANP LVII/1, notam 536, p. 236.

⁸⁸ Bronislaus Szmidt (1875-1947). Presbyter ordinatus est a. 1898. A. 1925 erat cappellanus Instituti Surdorum Mutorumque Varsaviae exstantis.

⁸⁹ Thaddaeus Czechowski (1877-1928). Presbyteratus ordinem suscepit a. 1900. Post a. 1920 parochus paroeciae Żbików prope Pruszków.

⁹⁰ Vladislaus Aemilius Korńłowicz (1884-1946), sacrorum rituum (s. liturgiae) peritus, scriptor diurnarius. Studiis Tiguri, Varsaviae et Friburgi Helvetiorum absolutis, a. 1912 Cracoviae presbyteratum accepit. Tempore primi omnium gentium belli cappellanus Instituti et Scholae Oeconomicae in Kuźnice. Ab a. 1920 director spiritualis Congregationis Sororum S. Francisci Servarum Crucis. A. 1922-1930 director Convicti Theologorum Catholicae Universitatis Lublinensis et professor disciplinae sacrorum rituum (liturgicae) et ethicae. Ab a. 1930 commoratus est in Laski prope Varsaviam.

⁹¹ Vincentius Trojanowski (natus a. 1877), presbyteratum suscepit a. 1903, a. 1925 parochus paroeciae Corporis Christi ad viam Grochowska Varsaviae.

⁹² Henricus Osiński (1884-1942), ordinatus a. 1908; parochus et decanus in Goszczyn.

⁹³ Constantinus Pogorzelski (1883-1957), sacerdos ordinatus est a. 1906, a. 1925 cappellanus valetudinarii s. Lazari et magister religionis in scholis publicis Varsaviensibus.

§ 2. [Statistique des écoles]

Pour présenter un tableau complet des rapports de l'Eglise et de l'instruction publique, il suffit d'ajouter encore quelques faits relatifs à la statistique des écoles et des heures d'enseignement, à la nomination des catéchistes, à l'organisation des préfets et de la jeunesse des écoles.

Malgré l'envahissement de notre sol par trois grandes puissances, malgré l'évacuation forcée des millions d'habitants en Russie, malgré la cherté toujours croissante des vivres, au milieu de nos provinces ravagées, broyées par la guerre, par les réquisitions et spoliations de tout genre, il n'y a qu'à jeter les yeux sur le tableau suivant, pour se rendre compte des progrès de l'instruction publique, depuis le départ des russes:

		1910/11	1917/18
1.	Ecoles élémentaires officielles	5638	7638
2.	Instituteurs des écoles officielles	7684	10 685
3.	Ecoles élémentaires libres	833	700
4.	Ecoles secondaires officielles	57	} 375
5.	Ecoles secondaires libres	204	
6.	Professeurs des écoles secondaires officielles	—	3500
7.	Ecoles professionnelles primaires et secondaires	281	108
8.	Ecoles normales	27	31
9.	Séminaires ecclésiastiques	10	7
10.	Conservatoire de musique avec l'enseignement de la religion par un préfet	—	1
11.	Cours scientifiques avec une chaire d'histoire ecclésiastique	—	1
12.	Université catholique à Lublin préparée par Mons. Radziszewski	—	1
13.	Université avec une faculté de théologie	—	1
14.	Cours supérieurs près de l'Association des femmes catholiques	—	1

[341v] § 3. Certificats d'aptitude. Liste des instituteurs

Tout prêtre aspirant à la charge de préfet est tenu de passer un examen devant une commission nommée par l'autorité diocésaine qui se réunit tous les ans. Pour être catéchiste, il est nécessaire de produire un certificat d'aptitude, qui s'obtient à la suite d'un cours spécial suivi à l'Association des femmes catholiques et d'un examen subi devant une commission. Ces certificats sont de plusieurs degrés, selon les aptitudes de la postulante.

En province, pour suppléer le clergé dans l'enseignement de la religion dans les écoles primaires tant officielles que libres, les curés forment une li-

ste d'instituteurs. Cette liste est apostillée par les doyens en vertu de leur qualité de visiteurs des écoles et transmise à l'autorité diocésaine.

§ 4. Mode de nomination

Conformément aux dispositions du nouveau droit canon, la mission canonique que reçoit le candidat à la charge de préfet est étroitement circonscrite par l'école où il doit enseigner. Après avoir prononcé la profession de foi et prêté le serment antimoderniste, le candidat est présenté par l'autorité ecclésiastique à la nomination du ministre. La mission canonique suit immédiatement la nomination officielle et doit être renouvelée à chaque déplacement du préfet (voir l'art. 26 du "Règlement provisoire pour les écoles primaires").

A Varsovie et à Łódź la mission est accordée ou retirée directement par le Consistoire. En province, les listes des instituteurs, formées par les curés et apostillées par les doyens, reçoivent ensuite l'agrément de l'autorité ecclésiastique. Afin d'élever le niveau intellectuel des préfets, Monseigneur l'Archevêque, d'accord avec le ministre de l'instruction publique, a décidé que seuls les prêtres ayant terminé leurs études supérieures (Académie ou faculté de théologie) et pris tous leurs grades, pourront concourir pour l'emploi de préfet de gymnase officiel (voir le "Moniteur" du 20 mars 1918 n. 28). Malheureusement, cette mesure excellente demeure à l'état de lettre morte. En effet, le visiteur général Ciepliński, se donnant évidemment une importance qu'il n'a point, ne trouve à propos de tenir compte ni de la loi, ni de la volonté expresse de l'Archevêque, ni de celle du ministre. Il n'a donc soumis à la nomination ministérielle que des candidats qui, en fait d'études, n'ont fini que le séminaire. C'est d'autant plus regrettable que tous les professeurs laïques, sans exception, sont pourvus de [342r] diplômes universitaires.

§ 5. [Organisations des préfets]

Depuis l'arrivée des jésuites en Pologne, le préfet était l'adjoint et le remplaçant du recteur du collège. La Commission d'éducation a maintenu le nom et les attributions du préfet (voir l'art. XIII du Règlement de 1783). Il cumulait ainsi les emplois de censeur, de surveillant général, de professeur, de maître d'études et d'aumônier. Il avait la responsabilité de la vie intérieure de l'école, de son ordre, sa discipline, il était chargé du contrôle de l'enseignement et des études. C'est à lui qu'incombait d'imprimer à l'école, grâce à tout un système d'éducation morale, le caractère confessionnel. Il devait voir dans ses élèves des hommes à former et des âmes à sauver, développer dans chaque individu toute la perfection dont il était susceptible. Cette situation de prêtre - surveillant général fut maintenue dans toute son intégrité jusque dans les écoles ouvertes par le marquis Wielopolski⁹⁴, mi-

⁹⁴ Alexander Wielopolski; cfr. ANP LVII/1, notam 22, p. 8.

nistre de l'instruction publique et des cultes en 1861. Après la compression sanglante de l'insurrection polonaise de 1864, le rôle du prêtre à l'école fut réduit à être simple professeur de religion. Il fut remplacé par un russificateur orthodoxe. L'ombre d'une influence du préfet catholique sur ses élèves constituait un crime d'état.

Vint la guerre russo-japonaise. La Russie devint le foyer de mouvements insurrectionnels. Le gouvernement comprit les nécessités de la situation. Il y eut quelques mesures libérales, le régime fut quelque peu adouci.

C'est alors que l'abbé Fulman⁹⁵, professeur au séminaire de Włocławek, prit l'initiative d'une idée qu'on ne saurait trop louer: celle de constituer, en décembre 1905⁹⁶, la première association professionnelle des prêtres sous le nom de "Cercle des préfets"⁹⁶. Les premiers organisateurs, groupés autour de l'abbé Fulman, furent les suivants: Ladislas Budny⁹⁷, Felix Kozłowski⁹⁸, Jean Gralewski, Martin Szkopowski⁹⁹, Severin Popławski, François Choinński¹⁰⁰, Joseph Jamiołkowski¹⁰¹ de Varsovie, et l'abbé Grochowski¹⁰² de Piotrków. Le but principal du cercle était de rétablir, ne fut ce que dans les écoles libres, la situation et l'influence du préfet. En juin 1906, le Cercle adhéra à l'Association des professeurs du Royaume de Pologne et en forma une section. Elle fut présidée par le chanoine Budny, et à sa mort en 1907, par l'abbé Popławski. Elle organisa des séries de conférences contradictoires, des leçons modèles, rédigea des programmes de l'enseignement religieux pour les écoles primaires et secondaires. Ces programmes [342v] furent adoptés par trois congrès des préfets, qui avaient été réunis par le Cercle: le congrès de Częstochowa en 1906 présidé par l'abbé Maciejewicz¹⁰³ de Vilna, le congrès de Varsovie en 1906 présidé par l'abbé Gralewski, le congrès de Varsovie en 1906 présidé par le chanoine Kowalewski¹⁰⁴ de Płock.

⁹⁵ Marianus Leo Fulman; cfr. ibidem, notam 544, p. 241.

⁹⁶ Cfr. ANP LVII/1, N. 61.

⁹⁷ Vladislaus Budny (1869-1907), sacerdos ordinatus est a. 1890; i.a. erat praepositus Sodalitatis Sacerdotum religionis magistrorum, canonicus.

⁹⁸ Felix Kozłowski; cfr. ANP LVII/1, notam 521, p. 236.

⁹⁹ Martinus Szkopowski (1870-1944), presbyteratus ordinem suscepit a. 1892. A. 1925 vicarius parociae B.M.V. in Leszno.

¹⁰⁰ Franciscus Choinński (1870-1955), sacerdos ordinatus est a.1894, a. 1925 parochus parociae Prażmów in decanatu Grójec.

¹⁰¹ Iosephus Jamiołkowski; cfr. ANP LVII/1, notam 524, p. 236.

¹⁰² Antonius Grochowski (1860-1937), ordinem presbyteratus accepit a.1884, canonicus ad honorem capituli ecclesiae collegiatae Calissiensis, a. 1925 magister religionis in gymnasio Częstochoviae.

¹⁰³ Stanislaus Maciejewicz (1869-1940), sacerdos dioecesis Vlnensis, canonicus ad honorem capituli cathedralis Vlnensis et capituli cathedralis Mohiloviensis. Electus erat legatus ad III et IV Diaetam Imperii Russici ("Gosudarstvennaja Duma"), tempore autem primi belli pancosmii - rector ecclesiae s. Catharinae - erat delegatus aepi Eduardi de Ropp penes Principale Consilium Vis Armorum Polonae ("Naczelny Komitet Polskiej Siły Zbrojnej") Petropoli. Fuit legatus ad Supremum Consilium Legibus Ferendis et a. 1922 legatus ad Diaetam Vlnensem. A. 1922 electus est senator ex indice Sodalitatis Christianae Unitatis Nationalis.

¹⁰⁴ Thomas Kowalewski (1857-1929), sacerdos ordinatus est a. 1880: praelatus capituli cathedralis Plocensis, professor in seminario dioecetano, praefectus archivi curiae dioecesanæ.

¹⁰⁵Cependant le Cercle comprenant des ecclésiastiques de tous les diocèses de la Pologne russe, était en quelque sorte indépendant des évêques. Il fut donc supprimé par ordre de l'Archevêque Vincent Popiel¹⁰⁵, en conformité des règlements édictés par Sa Sainteté le Pape Pie X. A la place du Cercle, Mons. Popiel érigea un "Conseil scolaire" pour le diocèse de Varsovie. Aux termes de la circulaire du 29 septembre 1908, il était appelé: "1) à surveiller l'enseignement religieux dans les écoles; 2) rédiger un programme de l'enseignement religieux pour les écoles primaires et secondaires; 3) choisir les meilleurs manuels ou en faire de nouveaux; 4) convoquer des assemblées périodiques des préfets pour discuter ensemble les affaires relatives à leur mission (ne pourront être convoqués que les prêtres de notre diocèse); 5) étudier les méthodes de culture autodidactique à recommander aux préfets (conférences, rapports, livres...); 6) après chaque séance en faire un rapport à l'Archevêque et présenter à sa décision les conclusions tirées des observations sur l'enseignement religieux; 7) seconder les directeurs des établissements scolaires dans la recherche des professeurs de religion". Le président et tous les membres du nouveau Cercle furent nommés par l'Archevêque. Il était composé comme suit: le visiteur Ladislas Szcześniak - président; Antoine Ciepliński, Czeslas Sokołowski¹⁰⁶, Niedzielski¹⁰⁷, Felix Kozłowski, Pyzowski¹⁰⁸, Stanislas Zawadzki¹⁰⁹ - membres; Joseph Jamiołkowski¹¹⁰ - secrétaire.

Mons. Szcześniak fut remplacé comme président par le prélat Chełmicki, membre du Consistoire. C'est ainsi que le Conseil s'est trouvé sous la direction immédiate du Consistoire.

En décembre 1913, mons. Ciepliński fut nommé président du Cercle et Mons. Jełowicki du Consistoire, délégué de l'Archevêque pour les affaires scolaires. C'est lui qui préside les séances du Conseil de même que les assemblées générales des préfets qui, sauf les vacances et le [343r] carême, se tiennent au Consistoire tous les huit jours.

Voici la composition actuelle du Conseil scolaire: 1) Antoine Ciepliński - président, 2) Joseph Jamiołkowski - secrétaire, 3) Czeslas Sokołowski, 4) Sigismond Paciorkowski, 5) Félix Kozłowski, 6) Jean Niedzielski, 7) Alexandre Fajęcki, 8) Jean Mauersberger, 9) Léon Kulwieć, 10) Antoine Haze, 11)

¹⁰⁵ Vincentius Theophilus Chościak-Popiel; cfr. ANP LVII/1, notam 337, p. 169.

¹⁰⁶ Ceslaus Sokołowski (1877-1951), presbyter archidioecesis Varsaviensis. Ordinibus sacerdotalibus a. 1905 acceptis, in Academia Ecclesiastica Petropolitana studiis absolvendis et perficiendis operam dedit, deinde factus est professor in seminario clericorum et cancellarius curiae archidioeclesanae. A. 1919 nominatur epus titularis Pantacomienis et auxiliarius Podlachiensis. In dioecesi Podlachiensi erat rector seminarii dioecesanis, officialis curiae episcopalis et vicarius generalis. A. 1924 rector Catholicae Universitatis Lublinensis. A. 1939-1940 dioecesim administrabat tamquam vicarius capitularis, a. vero 1940-1946 tamquam administrator apostolicus.

¹⁰⁷ Ioannes Niedzielski (1859-1924), sacerdos archidioecesis Varsaviensis, unus ex auctoribus Encyclopaediae Ecclesiasticae editae a sac. Sigismundo Chełmicki.

¹⁰⁸ Adamus Pyzowski (1874-1931), magister religionis in scholis Varsaviensibus.

¹⁰⁹ Stanislaus Zawadzki (natus a. 1870), magister religionis.

¹¹⁰ Iosephus Jamiołkowski; cfr. ANP LVII/1, notam 524, p. 236.

Henri Osiński, 12) Thadée Radkowski, 13) Joseph Szkudelski, 14) Jean Szmigielski, 15) Alphonse Trepkowski, 16) Bronislas Szmidt, 17) Mieczislas Węglewicz, membres^{-h}111.

Il existe, en outre, une "Commission scolaire" à Łódź qui dans les cas plus importants doit consulter le Conseil scolaire.

Voici le bilan des travaux du Conseil qu'on peut suivre d'année en année durant les dix ans de son existence: Il y a eu 122 séances du Conseil et 40 séances générales. Le Conseil entretient des rapports réguliers avec les visiteurs des écoles. C'est principalement à l'initiative du Conseil qu'est dû le cours des sciences sociales qui a eu lieu, l'an dernier, sous la direction du chanoine Adamski¹¹² de Posen. Les moyens d'organisation de la jeunesse scolaire y furent largement traités. Cette année, le Conseil a organisé, du 20 au 30 août, le cours de l'abbé Slepicki¹¹³ de Cracovie. Dès le commencement de l'année prochaine, va être inauguré près du Séminaire un cours pédagogique annuel pour les préfets. C'est afin d'encourager à la culture autodidactique, qu'on imposa aux préfets de s'abonner à la Bibliothèque des oeuvres chrétiennes. Les séances hebdomadaires des préfets sont souvent consacrées à la lecture des comptes rendus des nouveaux manuels, des périodiques pédagogiques ou de la presse anticléricale, ainsi qu'à des séries de conférences contradictoires. Le Conseil a pris part à l'exposition pédagogique de 1916. Au cours de 1916 et 1917, le Conseil a corrigé et publié les programmes de l'enseignement religieux dans les écoles normales, primaires et secondaires, qui avaient été adoptés par le 2^{me} et 3^{me} congrès des préfets et approuvés par Son Excellence l'Archevêque.

Les évêques ayant proposé une nouvelle réunion du congrès des préfets de toute la Pologne, le Conseilⁱ s'est chargé de l'organiser. Il siègea sous la présidence du P. Matulewicz¹¹⁴, supérieur général des maristes, [343v] du 20 au 22 juin 1917, dans la salle des fêtes du gymnase S. Stanislas⁽¹⁾. La mê-

¹¹¹ Data biographica harum personarum vide in ANP LVII/1, in notis sub textu positis, p. 236.

¹¹² Stanislaus Adamski (1875-1967), rei socialis christianae promotor, propagator societatum mutuum sodalibus opem praestantium (quae vulgo "cooperativae" vocantur), director commentariorum et ephemeridum catholicarum. A. 1904 factus est canonicus capituli ecclesiae collegiatae s. Mariae Magdalenae Posnaniae. A. 1919 adipiscitur dignitatem secreti cubicularii pontificii et fungitur munere praepositi infulati capituli cathedralis Posnaniensis. A. 1918-1919 est commissarius Principalis Consilii Popularis Posnaniae. A. 1919-1922 legatus ad Supremum Consilium Legibus Ferendis, a. 1922-1927 senator Reipublicae. A. 1930 nominatus est epus Katovicensis.

¹¹³ Marcellus Slepicki (1863-1936), disciplinae catecheticae studiosus. Ab a. 1902 docebat catecheticam in seminario dioecesano, cuius a. 1912-1914 rector fuit. A. 1913 nominatur visitator institutionis catechismi in scholis elementariis, popularibus et privatis Cracoviensibus et in seminariis magistrorum (paedagogicis). Ab a. 1925 officialis Iudicii Episcopalis, ab a. 1927 decanus Capituli Metropolitanorum.

¹¹⁴ Georgius Boleslaus Matulaitis (Matulewicz, 1871-1927); cfr. ANP LVII/1, notam 385, p. 183. In biogrammate tamen ibi posito perperam scriptum est aepum Matulewicz a. 1926 nominatum esse primum archiepiscopum noviter creatae metropoliae Caunensis. Beatus Georgius Matulewicz numquam fuit aepus metropolita Caunensis.

me année, fut publié par Mons. l'abbé Fajęcki le compte rendu de ce congrès¹¹⁵.

Le Conseil a, en outre, publié une instruction pour les bourses et rédigé des programmes pour les orphelinats, l'école forestière, l'école de Wawelberg et Rotwand, les écoles professionnelles de tout genre. Le Conseil a dressé un statut pour les conseils scolaires récemment créés dans chaque diocèse de même que pour le conseil qui doit servir de trait d'union entre les conseils diocésains et, en même temps, entretenir des rapports constants avec le visiteur général.

Le Conseil s'est préoccupé d'élever le niveau moral des préfets et de la jeunesse des écoles. Il faut ranger dans cet ordre les conférences d'adoration organisées, tous les mois, chez les P.P. maristes. Tous les ans, des retraites sont organisées au séminaire.

Tout récemment fut rédigé un statut pour le cercle des préfets, fondé sous le nom et le patronage de S. Stanislas Kostka et qu'il est question de faire revivre. Pour la jeunesse sont organisées: solennités religieuses, adorations mensuelles, doubles retraites pour les deux différentes catégories d'élèves des écoles secondaires: les hautes et les basses classes.

Jusqu'à présent, les séances du Conseil scolaire se tenaient au Consistoire. A partir du nouvel an scolaire 1818/19, elles auront lieu à la "Maison des prêtres" qui a récemment été inaugurée en présence de Leurs Excellences Monseigneur Achille Ratti, Visiteur Apostolique, et Monseigneur Kakowski, Archevêque de Varsovie¹¹⁶. Le Cercle des préfets doit former une section de cette association.

§ 6. Organisations religieuses de la jeunesse

Au temps de la domination russe, toute association de la jeunesse ayant pour but la satisfaction d'un besoin spirituel constituait un délit. Même la Confrérie du Scapulaire du Sacré Nom de Jésus était poursuivie comme association illicite. Ce ne fut qu'après la guerre russo-japonaise, que commencèrent à se propager ouvertement les organisations suivantes: l'oeuvre de l'enfance, depuis 1912; à partir de 1917, la société de l'Ange gardien, des enfants de Marie, la confrérie des enfants de chœur, fondée par l'abbé Sigismund Siedlecki¹¹⁷; enfin la plus importante, le Sodalitium de Marie, existant en Pologne depuis le XVI s. Son principal propagateur à Varsovie est le P. mariste Léon Kulwiec¹¹⁸, préfet.

[344r] En 1908 fut fondée une oeuvre destinée à achever, au profit du règne de Dieu, la conquête de la jeunesse des écoles, à former, élever et

¹¹⁵ Probabiliter in uno ex numeris WAW a. 1918.

¹¹⁶ Descriptionem huius sollemnitatis, cui interfuerunt vsitator Ratti et aepus Kakowski, vide in WAW, 8 (1918), p. 350.

¹¹⁷ Sigismundus Siedlicki (1877-1959), sacerdos archidioecesis Varsaviensis, magister religionis in scholis publicis Varsaviensibus, vicerector Seminarii Dioecisani Inferioris.

¹¹⁸ Leon Kulwiec; cfr. ANP LVII/1, notam 530, p. 236.

tremper les jeunes âmes. Au début, elle s'est appelée "Le foyer domestique". Les élèves des hautes classes qui étaient privés d'entourage édifiant à la maison, y trouvaient un milieu et une atmosphère chrétiens. Cette société fut supprimée par le gouvernement russe. Son organe "Le Courant" cessa également de paraître. Cependant l'année dernière, cette institution, grandement utile à la société, fut rétablie.

L'oeuvre de la surveillance des élèves en dehors de l'école est en train de s'organiser sous les auspices du Ministère de l'instruction publique.

§ 7. Les pratiques religieuses à l'école

Elles attestent le caractère confessionnel de notre école. Elles sont restées les mêmes qu'au temps de la Commission d'éducation. En entrant et en quittant la classe, le préfet profère cette parole édifiante: "Loué soit Notre Seigneur Jésus Christ". Au commencement et à la fin des leçons, une prière dont jadis la Commission d'éducation elle-même a prescrit la forme, est de rigueur. La prière est donc considérée comme le premier devoir, la première force, la source des bonnes pensées, des bonnes résolutions et des grandes actions. Une messe solennelle suivie d'une allocution est célébrée par le préfet, au commencement et à la fin de l'année scolaire, pour chacune des écoles. Chaque dimanche et fête, les élèves sont tenus d'entendre la messe et une brève instruction religieuse donnée par le préfet. Tous les mois, il y a une adoration du Saint Sacrement pour les élèves. La première communion, précédée d'une longue instruction préparatoire, se fait en mai. Trois fois l'an, les élèves se confessent et communient.

Bref, nos efforts ont pour fin principale de faire régner Dieu dans l'école, conformément à cette pensée d'un maître de la vie chrétienne: "Mettre Dieu, principe souverain dans les intelligences, c'est toute l'instruction; mettre Dieu, amour et règle suprême, dans les coeurs et les consciences, c'est toute l'éducation".

Charles de Korsak, préfet

(1) Le programme était d'ailleurs surchargé de questions; il s'ensuivit qu'elles furent médiocrement préparées et que la discussion fut loin d'être aussi serrée qu'elles aurait dû l'être.

a) *In textu*: Kollontai

b) *In textu*: Allemagne

c) *In textu*: 1793

d) *In textu perperam scriptum*: 1915

e) *In textu*: Szelonżek

f) *In textu*: Wyrimbowski

g) *In textu perperam scriptum*: 1915

h-h) *Hunc locum litterarum sac. Carolus Korsak fere ad verbum descripsit ex prioribus litteris suis 7 VII 1918 ad visitatorem apostolicum datis. Cfr. ANP, LVII/1, N. 61, p. 235-236.*

i) *Praecedit expunctum*: grand

N. 256.

Achilles Ratti**Mariano Fulman, electo episcopo Lublinensi**

Varsaviae, 15 XI 1918.

Significat summum pontificem facultatem ei concessisse, ut consecrationem episcopalem statim accipere et assignatae sedis possessionem inire posset, antequam bullae nominationis episcopalis ei offerrentur.

Cop. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 631r-v (N.prot. 273).

Rev.mo D.no D.no Mariano Fulman, electo episcopo Lublinensi

Habeo in mandatis, ut Dominationem Tuam Rev.mam certiozem faciam Bullas quidem nominationis Tuae episcopalis apud Cancellariam Apostolicam praesto esse; cum autem propter temporum difficultates ex una parte tuto transmitti illae nequeant, ex altera episcopali sedium plena provisio quam maxime necessaria sit, Sanctissimum Dominum Nostrum Benedictum Papam XV facultatem eidem Dominationi Tuae Reverendissimae concessisse, ut statim ac sine dictis Bullis tam consecrationis munus ab Episcopo catholico accipere, quam adsignatae Sedis possessionem inire possit; emissa tamen fidei professione datoque iuramento lege praescriptis, et servatis caeteris de iure servandis¹¹⁹.

Obsequia mea cum gratulationibus et votis ex corde offero et orationibus tuis me commendo

(^a-Achilles Ratti
Visitator Apostolicus^a)

^{a-a}) *Manu propria.*

¹¹⁹ Eiusdem tenoris litteras (mutatis mutandis) visitator apostolicus misit: Henrico Przeździecki, electo epo Podlachiensi, 15 XI 1918 (N. prot. 274), Petro Mańkowski, electo epo Camenecensi, 21 XI 1918 (N. prot. 294), Georgio Matulewicz, electo epo Vlnensi, 22 XI 1918 (N. prot. 229), Eduardo O'Rourke, electo epo Rigensi, 23 XI 1918 (N. prot. 300). Exempla eorundem scriptorum, quae hic non publicantur, exceptis separatim litteris ad epum Georgium Matulewicz datis (cfr. infra N. 281), servantur in AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 632 r-v, 652r, 655r-v, 656r.

N. 257.

Nota Ermenegildi Pellegrinetti

[Varsaviae, 16 XI 1918]

De bullis pontificiis, mense Augusto a. 1918 datis, recens nominatis episcopis auxiliaribus transmittendis.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 333r (N.prot. 184).

Bolle pei vescovi ausiliari

Ricevute il giorno 18 ottobre 1918 le bolle pei vescovi ausiliari di Varsavia (Stanislaos Gall¹²⁰), di Płock (Szelażek¹²¹), di Włocławek (Krynicky¹²² e Owczarek¹²³), di Sejny (Jałbrzykowski¹²⁴), di Sandomierz (Kubicky¹²⁵).

Consegnate subito a Mons. Gall il 18 [ottobre]; quelle per Włocławek (Owczarek e Krynicky) consegnate a Mons. Radziszewski il 20 X.

Al Szelażek personalmente 20 X 1918.

Al Jałbrzykowski personalmente il 6 Nov[embre] 1918

A Mons. Kubicky spedite per mano del Dr. X. Stefano Świetlicki di Sandomierz da lui stesso per lettera (Prot. 275) destinate¹²⁶.

N. 258.

Achilles Ratti**Tito Filipowicz, vice-administro ab exteris negotiis**

Varsaviae, 16 XI 1918.

Gratias maximas ei agit pro nuntio sibi humaniter scripto de familia Emmanuelis de Pollone.

Min. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 633r (N.prot. 277).

¹²⁰ Stanislaus Gall, cfr. ANP LVII/1, notam 200, p. 101.

¹²¹ Adolfus Petrus Szelażek, cfr. ANP LVII/1, notam 376, p. 181.

¹²² Vladislaus Paulus Krynicky, cfr. ANP LVII/1, notam 596, p. 269.

¹²³ Adalbertus Stanislaus Owczarek, cfr. ANP LVII/1, notam 410, p. 188.

¹²⁴ Romualdus Jałbrzykowski, cfr. ANP LVII/2, notam 138, p. 52.

¹²⁵ Paulus Franciscus Kubicky (1871-1944). Presbyteratus ordine a. 1893 Sandomiriae suscepto in Academia Ecclesiastica Petropolitana studia pergebat. Ab a. 1907 professor et rector seminarii clericorum Sandomiriae. A. 1918 nominatus est epus titularis Canathenus et auxiliaris Sandomiriensis.

¹²⁶ Cfr. supra N. 253.

Je vous remercie beaucoup de votre obligeante communication du 16 novembre 1918 (n° 2D)¹²⁷ avec la lettre de l'agence consulaire d'Italie à Mariampol^{a)} du 15/28 octobre 1918¹²⁸ avec des nouvelles concernant la famille de mons. E. de Pollone¹²⁹; nouvelles que je me hâterai de transmettre à la Secrétairerie d'Etat de Sa Sainteté aussitôt que possible.

Agrééz, Monsieur, l'expression de mes sentiments les meilleurs

A. Ratti Visiteur Apostolique

^{a)} *In textu*: Mariupol

N. 259.

Alexander Kakowski, aepus Varsaviensis
Achilli Ratti

Varsaviae, 16 XI 1918.

Adimplens condiciones commercii epistularum cum Sede Apostolica ineundi, rogat visitatorem apostolicum, ut annexa scripta Romam transmittenda curet.

Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 420r (N.prot. 278).

Excellentissime Domine,

Quo tempore in terra nostra fere undique portae libertatis genti Poloniae aperiuntur, via tamen ad Sanctam Sedem Apostolicam non patet, nisi per Te, Excellentissime, Ill.me ac Rev.me D.ne, sequestrum.

Quapropter honori mihi duco Excellentiam Vestram rogare, ut adnexas hisce litteras gratiose, ad quem spectant, transmittere faveat: 1° epistolam cum responsis de seminarii archidioecesanii Varsaviensis constitutione et aedibus nonnullasque earum adumbrationes photographicas Excell.mo D.no Card. Bisleti Romam¹³⁰ et 2° duos libellos supplices: meum de presbytero

¹²⁷ Hoc scriptum, quod servatur in involucrio 191 f. 419 r (N. prot. 276), hic non publicamus.

¹²⁸ Has litteras visitator apostolicus ad Sedem Apostolicam transmisit 20 XI 1913, annexas litteris Friderico Tedeschini inscriptis (N. prot. 290). Cfr. N. 272.

¹²⁹ De quaestionibus familiae Emmanuelis de Pollone vide ANP LVII/1, Tab. 2 n. 3, p. 407.

¹³⁰ Cfr. ANP LVII/1, N. 9.

Casimiro Jachowski¹³¹ suumque de se ipso Rev.mo Ordinario dioecesis Cavensis et Sarniensis¹³² in civitatem Cava de Tirreni.

Quibus precibus intimae venerationis sensus adiungo Excell.mae Dominationis V.rae ^{(a-addictissimus in Christo servus}

† Alexander Kakowski, aepus-a)¹³³

^{a-a)} *Manu propria.*

N. 260.

Titus Filipowicz, negotiorum exterorum administri vices gerens Achilli Ratti

Varsaviae, 16 XI 1918.

Nomine administri rerum exterarum mittit ei notam et litteras regiminis Polonici ad Sedem Apostolicam datas et nuntiat regimen Polonicum eandem notam simul aliis regiminibus, tam iis, quae bellum gerunt, quam illis, quae armis non intersunt, mittere.

Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 434r (N.prot. 303).

Monseigneur,

J'ai l'honneur de Vous transmettre sous ce pli la note adressée au Saint-Siège Apostolique, que le Gouvernement Polonais envoie en même temps aux Gouvernements de tous les pays belligérants^{a)} et neutres. Je me permets de demander Votre Excellence porter le texte de cette note, avec la lettre ci-jointe, à la connaissance du Saint Sièg^e¹³⁴.

¹³¹ Casimirus Jachowski (1866-1929). Sacerdos archidioecesis Varsaviensis; presbyteratus ordinem a. 1899 accepit. A. 1925 commoratur Varsaviae nullo munere fungens.

¹³² Ludovicus Lavitrano (1874-1950). Ab a. 1924 epus Beneventanus, 1928 aepus Panormitanus, cardinalis.

¹³³ Litteris 18 XI 1918 datis (N.prot. 280), quarum conceptum autographum servatur in involucrio 192 f. 636r, Achilles Ratti testatus est se has litteras accepisse et aepe Alexandro Kakowski promisit se quam primum annexa scripta, quibus destinata sint, esse transmissurum. Revera misit ea ad Secretariatum Status una cum litteris suis 20 XI 1918 datis (N.prot. 283), quarum conceptum servatur in involucrio 192 f. 643r, originale autem custoditur in AV, Segreteria di Stato, 1918, Rubr. 233 fasc. unico f. 32r (N.prot. 85 327).

¹³⁴ In actis nuntiaturae nota et litterae, de quibus hic sermo est, non inveniuntur, sed certo conicere possumus eas continuisse telegramma Iosephi Piłsudski 16 XI 1918 datum, quo omnibus potentiis belligerantibus et neutralibus proclamabatur libertas et independentia noviter creatae Rei Publicae Polonae. (Cfr. *Dokumenty z dziejów polskiej polityki zagranicznej 1918-1939* [Documenta ad

Veillez agréer, Monseigneur, l'assurance de ma considération la plus haute.

Pour le Ministre des Affaires Etrangères:

(a-Tytus Filipowicz-a)¹³⁵

a-a) *Manu propria.*

N. 261.

Georgius Matulewicz, nominatus epus Vilnensis Achilli Ratti

Mariampoli, 17 XI 1918.

Testatur se litteras eius et telegramma, quibus nominationem suam in episcopum Vilnensem sibi nuntiabat, accepisse. De sua in Sedem Apostolicam devotione et observantia nuntiat et petit, ut loco bullae sibi aliqua documenta mittenda curet, quae ad consecrationem episcopalem et dioecesis gubernationem sumendam requiruntur. Praeterea eum certiore facit de tempore et loco consecrationis suscipiendae.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 428r-429r (N.prot. 301).

- Ed.: Polonice: *Stolica Apostolska a biskup Jerzy Matulewicz*, p. 95-96.

Excellentissimo D.no ac D.no Visitatori Apostolico Varsaviae^{a)}

Excellentissime Domine!

Litteras Tuas, quibus nuntiasti me Episcopum Vilnensem a Beatissimo Patre esse nominatum, pariterque telegramma excepi¹³⁶. Maximas gratias refero Tibi, Excellentissime Domine, pro benignis Tuis gratulationibus. Pro-

historiam rerum exterarum Poloniae a. 1918-1939 pertinential, red. naukowa T. Jędruszczak i M. Nowak-Kiełbikowa, t. I - 1918-1932 Warszawa 1989, Nr 1). Litterae autem spectabant ad mutuas publicas relationes inter Sedem Apostolicam et Poloniam ineundas et ad Nuntiaturam Apostolicam Varsaviae instituendam et Achillem Ratti, hactenus visitatorem apostolicum, nuntium apostolicum nominandum (Cfr. N. 277, N. 287, N. 298 et N. 299), et fortassis epum Bandurski epum castrensem exercitus Poloni instituendum (Cfr. N. 287, 298, 299 et 328).

¹³⁵ Titus Filipowicz (1873-1953), homo politicus et legatus publicus Polonus. Ante a. 1914 unum ex capitibus Factionis Socialisticae Polonae (PPS). A. 1918-1919 vice-administer rerum exterarum. A. 1919-1921 praefuit legationi Polonae in Georgia (trans Caucasum), a. 1922-1927 legatus publicus Polonus in Finnia, deinde a. 1927-1929 Bruxellis et a. 1929-1932 Vasingtoniae. Ab a. 1939 exul in Gallia et Anglia.

¹³⁶ Cfr. ANP LVII/2, N. 197 et N. 249.

be cognitum habeo me erga Sanctam Sedem voto obedientiae teneri; itaque certissime voluntas Summi Pontificis stat mihi pro voluntate Dei. Omnia Deo adiuvante conabor, ut expectationem, quam Beatissimus Pater in me posuit, non fallam. Conditiones officii pastoralis, praesertim in ipsa urbe Vilna, difficillimae sunt ob lites nationales. Quantum in me erit, exemplo S. Pauli studebo omnibus omnia fieri, ut est episcopi catholici.

Humillime peto ex Te, Excellentissime Domine, ut loco Bullae mihi nomine Sanctae Sedis aliqua documenta benignus dare velis:

a) Litteras, quod a quocumque Episcopo unionem cum Sancta Sede habente consecrari possim. Intendo die 1 decembris 1918 Caunae consecrari. Consecratorem Episcopum de Seyna¹³⁷, Assistentes Episcopos Caunensem¹³⁸ et Minscensem¹³⁹ invito. Sed si quis eorum ob difficultates itineris forte non adveniat, humillime rogo, ut tamquam Assistens aliquis sacerdos in dignitate positus assumi valeat¹⁴⁰.

b) Litteras, quae loco Bullae coram populo perlegi atque Capitulo Vilnensi praesentari possint¹⁴¹.

Item humillime peto, ut mihi facultas benigne concedatur tum die ingressus indulgentiam plenariam populo elargiendi tum toties quoties aliquam ecclesiam canonicae visitabo¹⁴².

Enixe rogo Excellentiam Tuam, ut Christi Vicario in terris, Beatissimo Patri nostro Papae, omnium Episcoporum Episcopo humillimos eosque profundissimos sensus meos ardentissimi amoris, totalis addictionis et omnimodae subiectionis obedientiaeque benignus transmittere velis.

Spero, Celsissime Domine, Te quoque mihi in meo arduo munere non defuturum esse Tuis benignis orationibus et consiliis et monitis.

Addictissimus in D.no
Georgius Matulewicz
Episcopus Nominatus Vilnensis

a) *In margine adnotatio manu Achillis Ratti*: "Lettera portata il 22 novembre da Don Vincenzo Dworanoski¹⁴³ della diocesi di Sejny. Risposto il 23, con poscritta riguardante gli eventuali Ausiliari di Vilna; e spedita per mano dello stesso suddetto in partenza il 23 novembre 1918¹⁴⁴".

¹³⁷ Epus Antonius Karaś (Karosas), cfr. ANP LVII/1, notam 386, p. 183.

¹³⁸ Epus Franciscus Karewicz (Karevičius), cfr. ANP LVII/1, notam 145, p. 78.

¹³⁹ Epus Sigismundus Łoziński, cfr. ANP LVII/1, notam 395, p. 185.

¹⁴⁰ Cfr. N. 378.

¹⁴¹ Vide annexum ad. N. 281.

¹⁴² Vide N. 281.

¹⁴³ Sac. Vincentius Dworanoski (Dvaranaukas, 1871-1966). Presbyteratus ordinem suscepit a. 1899, fuit primum sacerdos dioecesis Sejnensis. A. 1911 Congregationem Marianorum ingressus. De incrementis Marianorum in Lithuania optime meritis.

¹⁴⁴ Cfr. N. 281.

N. 262.**Achilles Ratti**
administro Confessionum Religiosarum Reipublicae Ucrainae

Varsaviae, 18 XI 1918.

Visitor apostolicus moderatores Reipublicae Ucrainae certiores facit epum Petrum Mańkowski a summo pontifice ordinarium dioecesis Camenecensis nominatum esse.

Min. autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 639r (N.prot. 281).

Excellence!

J'ai l'honneur de porter à connaissance de Votre Excellence que le Souverain Pontife Benoît XV a daigné nommer Sa Grandeur Monseigneur Pierre Mańkowski au siège épiscopal de Kamenetz Podolski¹⁴⁵. Le Souverain Pontife aime à croire qu'une belle provision faite par lui en vue de la reconstruction religieuse et morale du pays après les événements qui viennent de se passer, sera appréciée par le Gouvernement de la République Ukrainienne à la prospérité de laquelle en raison des qualités de la personne nommée et déterminée qu'elle va à représenter et ...^{a)} elle ne peut que contribuer d'une manière aussi remarquable que bienfaisante¹⁴⁶.

Agréez, Excellence, l'expression de ma considération la plus distinguée, avec laquelle je me signe de Votre Excellence bien dévoué

Achille Ratti
Visiteur Apostolique de Pologne
et des Pays jadis de l'ex-empire Russe

^{a)} *Aliquot verba non leguntur.*

N. 263.**Card. Petrus Gasparri**
Achilli Ratti

Ex colle Vaticano, 18 XI 1918.

¹⁴⁵ Vide ANP LVII/1, N. 237.

¹⁴⁶ Cfr. infra A. 4.

Visitatorem apostolicum edocet summum pontificem ei morem gerere voluisse et desiderio ipsius libenter satis fecisse permittendo, ut personae, quae in perficiendis visitationibus dioecesium Polonarum eum maxime adiuvisent, annexis nomismatibus pontificiis cohonestarentur.

Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 450r (N.prot. 336).

Ill.mo e Rev.mo Signore,

Tornami grato significarle che il Santo Padre, aderendo volentieri al desiderio espresso da V.ra Signoria Ill.ma¹⁴⁷, si è degnato di destinarle dodici Medaglie da conferirsi, come attestato di pontificia considerazione, a quelle persone che durante il viaggio di V.ra Signoria in Polonia hanno usato speciali riguardi o particolari attenzioni alla stessa Signoria V.ra, come Inviato della Santa Sede e dell'Augusto Pontefice.

Nel rimetterle, pertanto, col presente dispaccio, le anzidette Medaglie, mi valgo di questo incontro per raffermarmi con sensi di distinta e sincera stima di V.ra Signoria Ill.ma aff.mo per servirla

(a-Card. Gasparri-a)

^{a-a)} *Manu propria.*

N. 264.

**Card. Petrus Gasparri
Achilli Ratti**

Ex colle Vaticano, 18 XI 1918.

Ab uno ex episcopis id rogatus intercessionem eius exposcit, ut epistulam his litteris adiunctam ad personam, cui destinata est, tute perferendam ac tradendam curet.

Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 451r (N.prot. 337).

Ill.mo Signore,

Monsignor Vescovo di Gerace¹⁴⁸ ha implorato l'intervento della Santa Sede onde far giungere a destinazione una lettera rimessagli dal locale

¹⁴⁷ Litterae Achillis Ratti, ad mittenda nomismata spectantes, non sunt repertae.

¹⁴⁸ Agitur de Georgio Delrio (1865-1922), ab a. 1906 epo Hieracensi (Gerace).

Capitano dei RR. Carabinieri, parente della mittente, e diretta alla Signora Nina Kalascninoff, in Tiflis.

Affido allo zelo della Signoria V.ra Ill.ma questo caritatevole ufficio, e rimettendole all'uopo l'anzidetta lettera aperta e qui compiegata, mi valgo di questo incontro per raffermarmi con sensi di sincera stima di V.ra Signoria Ill.ma aff.mo per servirla

(a-Card. Gasparri^a)

^{a-a}) *Manu propria.*

N. 265.

Achilles Ratti

Eugenio Pacelli, nuntio apostolico in Bavaria

Varsaviae, 19 XI 1918.

Certiore eum faciens de difficultatibus in commercio cum Sede Apostolica habendo intercedentibus et sperans nuntium Monacensem certiore et faciliore coniunctione cum Roma frui posse, rogat, ut adiuncta scripta ad Secretariatum Status transmittenda curet.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 634r-v (N.prot. 279).

Eccellenza,

Approfito della cortesia del signor Ugo Lerchenfeld-Köfering per far tenere e raccomandare alla Eccellenza V.ra l'unito plico^a) affinché con la prima occasione lo voglia trasmettere alla Venerata Segreteria di Stato sperando che la stessa Eccellenza V.ra abbia ancora possibilità e sicurezza di comunicazioni con Roma. Noi qui da parecchi giorni siamo tagliati fuori e segregati dal mondo e ne avremo; a quanto sembra per parecchi giorni ancora. Le sarò molto riconoscente se, avendone possibilità, mi verrà dare Sue nuove e della Nunziatura, come anche quelle che V.ra Eccellenza avesse di Mons. Nunzio e della Nunziatura di Vienna e della sua possibilità o meno di corrispondere con la Segreteria di Stato, non essendo improbabile che fra qualche giorno mi si offra occasione buona per Vienna.

Delle cose di qui nulla Le dico, perché molto meglio la potrà informare il signor Conte Lerchenfeld. La spero, con la Sua famiglia ecclesiastica, in buona ed ottima salute, come anche noi qui, grazie a Dio, stiamo bene.

La riverisco e co' miei ossequi Le presento pur quelli del Dr. Pellegrinetti; con grato animo mi professo dell'Eccellenza V.ra Rev.ma

dev.mo, obl.mo
A. Ratti
Visitatore Apostolico

a) *In margine adnotatio secretarii*: "Non spedita, perché il plico che si pensava inviare per mezzo del conte Lerchenfeld, che partiva per Monaco, fu invece mandato a Vienna per mano del sig. Olszewski¹⁴⁹, rappresentante di Polonia a Sofia".

N. 266.

Card. Petrus Gasparri
Achilli Ratti

Ex colle Vaticano, 19 XI 1918.

Certiozem facit visitatorem apostolicum summum pontificem dignatum esse crucem "Pro Ecclesia et Pontifice" duabus matronis in dioecesi Plocensi degentibus conferre. Transmittit igitur opportuna diplomata una cum insignibus et petit, ut ea ad ordinarium Plocensem pervenire faciat.

Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 456r (N.prot. 339).

Ill.mo e Rev.mo Signore,

Sono lieto di significare a V.ra Signoria Ill.ma che il Santo Padre, accogliendo benevolmente la domanda di Mons. Vescovo di Plock¹⁵⁰, si è degnato di conferire la Croce "Pro Ecclesia et Pontifice" alle Signore Sofia Ramocka¹⁵¹ e Sofia Makomaska¹⁵².

Nel rimmetterle, pertanto, i relativi Diplomi unitamente alle Insegne, La prego di farli tenere al sullodato Ordinario¹⁵³, onde il medesimo ne procuri il rispettivo recapito; ed in pari tempo Le accludo una lettera di ringraziamento.

¹⁴⁹ Agitur de Stephano Olszewski (1897-1941), a. 1918 secretario legationis Polonicae Serdicae (Sophiae), in urbe principe Bulgariae.

¹⁵⁰ Epus Iulianus Antonius Nowowiejski, cfr. ANP LVII/1, notam 8, p. 4.

¹⁵¹ Sophia Ramocka, rei socialis in dioecesi Plocensi promotrix.

¹⁵² Sophia Makomaska, actionis socialis promotrix in dioecesi Plocensi.

¹⁵³ Diplomata et insignia utriusque matronae destinata visitator apostolicus misit ordinario Plocensi una cum litteris comitatoris 30 XII 1918 datis, quarum exempla servantur in AV. Arch. Nunz. Vars. 192 f. 809r (N.prot. 437).

mento per Mons. Lasocki¹⁵⁴, al quale vorrà la Signoria V.ra farla pervenire¹⁵⁵.

E con sensi di ben distinta e sincera stima mi è grato confermarmi di V.ra Signoria Ill.ma aff.mo per servirla

(a-Card. Gasparri-a)

a-a) *Manu propria.*

N. 267.

Card. Petrus Gasparri
Achilli Ratti

Ex colle Vaticano, 19 XI 1918.

Mittit exemplar versionis Polonicae articuli "Fatti e non parole" inscripti, in quo describitur opera summi pontificis tempore belli praestita, et a visitatore apostolico petit, ut eundem articulum in commentariis Polonicis publicandum curet et aliquot exemplaria eiusdem versionis Polonicae in ephemeridibus divulgatae ad Secretariatum Status transmittat.

Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 483r (N.prot. 378).

Ill.mo e Rev.mo Signore,

Insieme con la presente lettera le giungerà copia della traduzione polacca dei "Fatti e non parole"¹⁵⁶, un numero unico pubblicato in Italia con esito felicissimo, per far conoscere l'opera del Santo Padre durante la guerra¹⁵⁷.

¹⁵⁴ Ignatius Leonardus Lasocki, cfr. ANP LVII/1, notam 455, p. 240.

¹⁵⁵ Benedictio papalis sac. Ignatio Lasocki concessa: "un foglio onorifico con benedizione del Pontefice stesso di propria mano sottoscritta" visitator apostolicus misit ad ordinarium Plocensem cum litteris comitatoris 30 XII 1918 datis, quarum exemplar servatur in AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 810r (N.prot 438).

¹⁵⁶ Articulus "Fatti e non parole" inscriptus in versione Polonica hic non publicatur, quia iam divulgatus est in ephemeridibus ecclesiasticis Polonicis, vide ex.gr.: *Działalność Ojca św. podczas obecnej wojny* [Opera summi pontificis praesentis belli tempore praestita], WAW 9(1919) [additamentum ad nr 1].

¹⁵⁷ Exemplar huius articuli Italice: "Fatti e non parole. Agli Italiani, intelligenti e imparziali perché al lume di fatti positivi e documentati conoscano l'opera del Santo Padre Benedetto XV durante la guerra, offrono la "Civiltà Cattolica" e l'"Opera Nazionale della buona stampa" (Roma 18 giugno 1918), conscriptum a p. Iosepho Quirico SJ, servatur in AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 776r-777v.

Voglia la Signoria V.ra Ill.ma interessarsi perché detta traduzione sia stampata in giornali e periodici polacchi e sia divulgata il più possibile¹⁵⁸. La forma di numero unico e di opuscolo è molto adatta a tale fine. Per la pubblicazione è data ogni facoltà dalla Civiltà Cattolica.

Se potrà far pervenire a questa Segreteria di Stato qualche copia di stampato polacco di detta traduzione le sarò gratissimo.

Con sensi di distinta e sincera stima mi raffermo si V.ra Signoria Ill.ma aff.mo per servirla

(a-P. Card. Gasparri^a)

a-a) *Manu propria.*

N. 268.

Achilles Ratti
card. Petro Gasparri

Varsaviae, 20 XI 1918.

Visitor apostolicus pergit relationes suas de itineribus in variis regionibus Regni Poloniae factis et accuratius describit visitationem in una ex parrociiis decanatus Loviciensis in archidioecesi Varsaviensi, cum visitatione pastorali ab archiepiscopo Alexandro Kakowski facta coniunctam. Scribit de conventibus suis cum clero et fidelibus, de ceremoniis liturgicis, prolixè describit vestes populares Lovicienses.

Or. (ms.): Vaticani, Arch.CNEE Russia 540 s.f. (N.prot. 85423).

Min.: AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 627r-630r (N.prot. 272).

Eminenza

Faccio seguito all'ossequente mio rapporto del 10 novembre 1918, che dava all'Eminenza V.ra un cenno del mio viaggio a Lublino e a Chełm¹⁵⁹.

Partito sull'imbrunire del giorno 17 da Chełm, ripassavo a Lublin, dove scendeva e rimaneva il Rev.mo Amministratore¹⁶⁰, mentre noi si proseguiva per Dęblin, dove s'incontravano le due occupazioni, e quivi nel vagone salone che per l'ultimo tratto ci portava passammo la notte. Era rimasto con noi il Vicario Castrense¹⁶¹, che per la mattina del giorno 18 aveva già tutto dispo-

¹⁵⁸ Cfr. N. 351 et N. 352.

¹⁵⁹ Vide ANP LVII/2, N. 245.

¹⁶⁰ Sac. Zeno Kwiek, cfr. ANP LVII/1, notam 19, p. 7.

¹⁶¹ Sac. Ansgarius (Oskar) Czyzewski.

sto col Comandante della vicina fortezza di Ivangorod¹⁶², per la celebrazione della S. Messa nella chiesa della fortezza medesima, celebrazione della quale ho già dato un cenno al principio di questa qualsiasi relazione di viaggio.

